

226

Eadem explicatio Claudij, Dionysij, Cornelij, Arca. II.
 Catach. Et textus Syriaci, dum addit non ab Somine,
 pro, non secundum Sominem.

Constat vero egregie feruor hic cum mente S. Pauli,
 qui vt August. maxime omnium indicauit delucide, in hoc ver-
 bo Pseudoapostolos notatis esse voluit; qui euangelium Sumanum
 afferebant ad Galatas; atque adeo non euangelium sed magis affere-
 bant, ipsius autem euangelium nullo modo Sumanum sed omni-
 no diuinum erat non Somini euangelium sed Dei; non Sumi
 euangelium sed Dei, quale predicabant Summi Apostoli.
 Quod tamen ipse non accepit, non modo ab Somine peccatore,
 hoc est non habente spiritum Dei, vt loquitur Hieronymus,
 sed neque ab illo alio vel sanctissimo apostolo: sed imma-
 diate a Iesu xpo qui dignatus est per se recitare.

Est itaque veritas etiam aliorum interpretatio, qui cum
 Chrysostomo dicunt euangelium Paulo non communicatum aut tra-
 ditum interuentu aliuus Somini; nec Sominem illum esse
 preceptorem ac doctorem fuisse preter ipsum Sominum
 vt ait Theoph. Adam. Verum est etiam quod dicit Vazg
 non more humano didicisse aut accepisse. Nec requiritur
 explicatio illa quam habet inter Lomb. Hugo. Card. & Thom.
 secundum Sominem docentem vel mittentem.

Theoria 4

Nota 1^a Euangelium Pauli quia non secundum Sominem, ideo
 non esse mutationi subiectum vt notat Fretz. Nota 2^a quod
 euangelium arripserunt Galatas suadentibus pseudo apostolis, esse
 mendax, vt notat August. quia erat secundum Sominem.
 3^a nota. Non esse Paulum missum ad euangelium annun-
 ciandum ab Somine, siquidem eius euangelium non erat secun-
 dum Sominem. Nam si dat mandata missionis, qui mittit, quare
 sequitur vt non sit ab eo missus, a quo mandata non accepit.
 4^a nota. Plus dicere Paulum cum addit non
 accepit ab Somine, quam dixerat non secundum Sominem. Nam
 licet esset euangelium non secundum Sominem id est, non huma-
 num, sed diuinum, poterat accepisse ab Somine nempe a Petro
 Apostolo. Vel ex Mathei scriptis et. Hoc igitur

causa
 iusticia
 & caritate
 non
 caritate

Pseudoapoli
 notati.

Paulus non
 habuit
 rem, nisi
 per
 deum

Fretz
 Euangelium
 Pauli non
 subiectum
 mutationi.

Euangelium
 Pseudoapoli
 mendax.

Paulus non
 datus a Somine

Paulus non
 accepit ab Somine

20

1.



negat, non solum suum euangelium non esse secundum hominem
 id est, non esse humanum, atque adeo mendax vel mutabile
 sed neque licet diuinum acceptum ab aliquo homine vel docente
 ore tenus, vel per scripta. Unde dicitur possit. 5^a Nota.
 Non satis per se tua non est secundum hominem, non
 ab homine accepti, non ab homine didici, vel edoctus sum,
 constare euangelium Pauli esse diuinum, sed necessario adden-
 dum fuit sed per reuelationem Iesu Xpi. Alia dicerent
 calumniatores ipsum exegitasse aut magicis artibus inuenisse
 et composuisse, vel accepisse et didicisse a demone. 6^a Nota
 Christum in statu immortalitatis non dici hominem, sed Deum
 ut supra §. 1. explicuimus ex Augustino, Theoria 3. N. 145.

textus

V 13 Audistis enim conuersationem meam
aliquando in Iudaismo, quoniam supramodum
persequebar Ecclesiam Dei, et expug-
nabam illam

V 14 Et proficiebam in Iudaismo supra
multos coetaneos meos in genere meo, abun-
tantius amulator existens paternarum
mearum traditionum

scholia

Capitulum

Quod quasi in summa narrauit, his duobus versibus, deinceps
 ab altero principio rem ducens, enarrat apertius, et enucleatius
 explicat, ut notius fiat. Prosequitur autem varia temporis
 spacia, ut ex singulis constet euidentiis, quod maxime in-
 tendit probare, non se ab homine sed a Deo accepisse euan-
 gelium, id primum a tempore ante conuersionem manifestum
 facit. Post tempora reliqua peruenit. Ceterum. Probat ostendit
 veritatem euangelij, non solum ex miraculo sua conuersionis.

1. Audistis enim. Crebra de eius fama uiseras ecclesias
 perueniente.

Baronius
 Baronius anno Domini trecentesimo quinto narrauit post
 necem Sancti Stephani pro Martyris, ingentem numerum
 Iudeo

38

in Asiam
Lecti. 1. 1.

Iudeorum, qui Xpo nomen dederant Ierosolymis electum migrasse
in Asiam, qui dicitur sunt Hebraei advena dispersionis, ad quos
S. Petrus scribens. sic ait. Petrus Apostolus Iesu Xpi electis adve-
nis dispersionis Ponti Galatie Capadocia Bithonia et Bithonia.
si igitur hi Xpiani, qui venerant Paulum, pervenerunt, veniebant
in Galatiam, quis dubitat ab eis accepisse Galatas de Paulo audire
sermonem. Conversacionem meam, ~~causam~~ tractanda vita rationem

αγαγοφη

αγαγοφη seriem gerenda vita Aligando

in veritate
ubi carnis
et ex boia
superuolans

Sicut quondam in Iudaismo. Qualis tunc effem, et quareum maxi-
me Iudis duceret adionum, dum in Iudeorum legibus, et reli-
gione versarer, a fide Xpi alienissimus, quoniam supra modum
Et supra sententiam aliorum omnium, immoderate ac nimium dilabur
bare studebam. Et κατ' ἔργον Vera quam credi possit, vehemen-
tius quam est effectus ferendum; maioribus Xpi sectatoris afficiens
malis, quam exaggerari queat; persequere ecclesiam Dei, tam-
quam acerbum credentium in Xpum solis, ut nemo magis. Hoc
dicit, quia non modo iussus, sed sua sponte Xpi nomen extin-
guendi author effect; ipseque principes accenderet synagogas
aduersus illud. Et expugnabam illam magis et quam oppug-
nabam; ad interitum, inquam, et varitatem vocabam; in bar-
eorum, qui Sotium urbes expugnando capiunt, et diripiunt,
incendunt, populantur. Tam vim Sabet. Et ΕΠΟΡΩΝ per-
dere conabar, et funditus evertere, excindere, et abolere. Ps.
128 Sape expugnauerunt me ciuitates mea, saepe expugnauerunt
me: Genum non potuerunt mihi. Paulus expugnabat, sed
non potuit tandem prevalere. Non expugnauit, licet ex-
pugnare contenderet, eodem verbo videtur infra. et Act. 9.

quonia
cipio. d. p.
ubi d. p.

Baronius
An. x. 35. N. 5.

P.
128

Pauli in
legi
seruata

Et proficiebam, progressus in dies faciens maiores, non
solum iudicis disciplinis religionem, proficiebam, sed coleram
studiosissime, et ab omni iniuria vindicabam. In Iuda-
mo, quod opponitur euangelio, in lege nempe Moysi graui,
et carnaliter intellecta. Supra multos annos meos, ita
ut equalibus, condiculisque in ea lege dicenda, et obser-
uanda antecirem. In genere meo. Syr. in cognatione mea
Dat. in natione mea iudaica, quidam iungunt cum graece
dentibus, quasi dicat. studio legis vincebam equalis gentis mea
i. Iudeos alios. alij cum sequentibus sic in genere meo

Pauli in
legi
seruata

Vata d. p.

339

id est inter concubiles ex tribu eadem generis mei Iudeos
Abundantius amulator existens paternarum meorum traditionum.
Nemo, inquit, tanto studio atque ego instituta complectebatur,
quae a maioribus acceperamus; nemo maiori cura religionem autam
observabat; nemo industria et fervore mentis acriter emulari te-
gem videbatur.

Theoria. I. De Traditionibus.

3

Traditiones generaliter appellari solet omne genus praecepti
seu instituti a maioribus acceptum, et sic dicitur hic lex ve-
tus traditio, ut docet Belarminus tom. Con. 1. l. 4. c. 2. Ita 1. Pet.
1. 18. scientes quod non corruptibilibus auro, vel argenteo redemp-
ti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis. Vana
erat conversatio iuxta legem Moysaem; ut pote invalida
ad evitanda aeterna consecutionem; vana omnis traditio, quae Christi
doctrina adversatur.

Traditiones quaedam sunt laudabiles, et gratiosae et theal
2. 14. 1. Cor. 11. 23. Quaedam vero odiosa Math. 15. Haec ab
Sominibus profecta deo ego vos appellat Graeci. Apud quos tra-
ditio est traditio, at de se se traditio altera seu constitutio
ore tradita, utraque institutum potest dici. Secundum Augustinum
hic intelligenda sunt traditiones opposita euangelio, nimirum lex
vicio Iudeorum carnaliter intellecta; et alia mandata, quae Christi
addiderunt legi, quae damnat Christus Math. 15. 3. Hieronymus.

A.

Non tamen, inquit, Dei se servisse legi, quam paternis, id est,
Phariseorum traditionibus, qui docent doctrinas, et mandata
Sominum, et rejiciunt legem Dei; ut statuant traditiones suas.

Hugo Caro sequitur Hieronymum. Mihi videtur (quidquid
sensit Adamus) non esse sic Hieronymum divergens ab
Augustino, sed legem carnaliter intellectam appellari a Hiero-
nymo Sominum traditionem. Iuxta similem intelligit de

S.

traditionibus Moysaem, id est, lege scripta, et de seniorum tra-
ditionibus Iulian, Dims, Salm. Claud. qui citat Phil. 3. 5. 6.
Vide; secundum legem Phariseus. Phariseorum secta probatissima
inter Iudeos. idem Caiet. Glo. interl. de traditionibus expli-
cat, quas bonis, inquit, Patris addiderunt, sed imperfecte expo-
nunt. S. Thom. de veritate etiam explicat, de lege nempe et
Patrum traditionibus, quas tamen bonas fuisse dicit, sed dam-
nari a Christo, quia praesumentur a Phariseis Dei mandatis.

Vide

Traditio
que
Belarmin
1. Pet.
2. 14. 1.
23.
Math. 15.
1. 18.
Augustin.
Math. 15.
Hieronymus
Hugo Caro
Adamus
Phil. 3.
Phariseus
S. Thom.
Traditio
Christi

Vide apud Iustinian quae de traditionibus refert ex Egypto Sano.

Vat. Gage et alij generaliter dicunt tradita à maioribus in
tuta... abundantius, Pago, exuberantiora, Vat. Dehe
mentius, Pago, Plus agno Indiosus eram; Syrus, quae supra
modum zelaueram. Vat. quorum amator, et imitator eram.
Sic etiam August. zelum, imitationem intelligit.

+ Ascalio

Theoria 2.

Hinc vult colligi Apostolus se neque cum matrem, nec
unum Sabuisse Euangely edicendi, antequam ad fidem vocatus
et. Nam tempus omne in persequenda Ecclesia Christiana, atque
Mosaicis institutis edicendis consumperat; animum vero tam
alienum Sabuerat ab euangely, ut nihil magis optaret, nihil ma-
gis eximium cuperet. Inferri praeterea vult, ne se odio incedam,
nec ignorantia dubium, in ista re reijcere Mosaica; quippe
qui in ijs discendis, obseruandisque reliquis sua aetate, ac generis
adolescentes superasset. Nec vno ijs detrahere, quod seruare
negaret, qui tam ijs obseruandis fuisset affectus. Denique ex
sac. vita sua antea commemorata illud perspicuum fit, quod
probare in primis conatur, se non ab homine accepisse euangely
sed à Deo, cuius diuina virtute tam subito ipse ex acerrimo
hoste maximus fidei propugnator exiisset. I. Reg. 10. 16. in se
spiritus Domini, et propheta cum eis, et mutaberis in
viam aliam. Haec mutatio, tam subito de caelo excelsi. Con-
tine etiam hinc potest. Et notant Graeci, qui tanto zelo fuerunt
Legis promouenda, etiam nunc solam veritatem sequi in euan-
gely zelando, non auid popularis flatum tantum facere. Telus
me Dei et tunc incitabat, sed absque scientia, et nunc duas,
sed diuinitus ablato ignorantiae velamine; et maiora subire
nunc velim pericula pro fide, quam unquam pro lege subie-
rim, sic ex Chrysost. Oram. Theoph.

Scholastica

Totus hic locus St. Hieronymus annotat, exaggeratio-
nem habet, et pondus in singulis fere dictionibus. Studitis
licet longè diffini à Palestina conuersationem meam, cuius
fama cuncta perualerat, quod signum ardentis, quam exercebat
aduersus Christianos. St. Bruno. Conuersationem meam id est,
quibus occupationibus distentus essem, quibus vobis vacarem
quid gesserim, quid contenderim aliquando, certo tempore. Con-
uersationem, inquit, non gratiam aliquando, non modo, in

5

6

7

ultimam

Egypto Sano

August

Mori Pauli

Non potuit
euangely
edici quae
Christi
sequendo
non occupat
tam habebat

Pauli mutatio
à Deo.
Reg. 10. 16.

St. Hieronymus

St. Bruno

St. Hieronymus

Inclaramus, non in lege Dei; cum scilicet essem infidelis, et
 iudaice viuorem; quoniam supramodum, non ut ceteri iussa
 principum exsequentes, sed iniussus, et mea sponte incitatus prin-
 cipum iram accendens, et ab eis mandata extorquens; nec tan-
 tum in ciuitate Ierusalem, sed per omnes vias, et vrbes vbi
 cumque inuenirentur Christiani: persequabar, non contentus qua-
 talibet persecutione, sed instar grassatoris, parricidis, incendiarij, le-
 cesiam Dei, non Christi, inquit, quem tunc contemptum ducebat, sed
 Dei, vel ipsum Christum Deum esse significans; vel eiusdem Dei
 esse ecclesiam, qui quondam doctor legis fuit, et
expugnabam ecclesiam. t. congregationem gaucorum Aposto-
lorum et discipulorum, qui Christi nomen profitebantur. Abum
 nempe fidelium. Expugnabam alios quidem tanquam ceteros in
 carcerem contudens; aliorum lapidationi, et neci consentiens; non
 nullis armis repellens, ac fugans; multos in latebras, quibus se ocul-
 tarent, impellens. testis Anonias Act. 9. 13. Christo respondens
 Sibi ipse met Paulus Act. 26. 9. 10. Vide Baron. anno xi
 35. Expugnabam, inquam, quoniam multos dicebam de statu
 fidei, multos per arum acerbitate ad mortem vique traheram; sed
 quamuis non omnino euertentem, tamen in meo erat conatus, ut
 funditus totam ecclesiam abolerem. Expugnabam S. Thom. et
 Caiet no quoad spiritum sed quoad corpus; imo et quoad corpus
 partialiter. Nam et ipse vnus fuit ex iis qui non poterant re-
 sistere spiritui, qui loquebatur in Stephano. Stabat ergo spiritus
 ecclesie, licet nonnulla corpora caderent in expugnationem. Alij
 ferè omnes expugnandi conatum, non effectum intelligi volunt
 Cathar. Theoph. suffodere, diruere, excindere, tentabam. Soc opus
 depopulantis est.

V. 14. Et proficiebam, non in lege Dei, inquit, sed in iudaicis
 mo, in carnali scilicet obseruantia legalium. Proficiebam in
 legis schola, non vult se liberum tinctum fuisse agnoscant, quod
 infra de alijs negat Apolos. iiii. Proficiebam autem in bello
 promovendo aduersus Christum; et in honoribus promovendis
 inter legis obseruatores, multum feruoris stendebam, ac
 promovebam bellum, vel celebris eram apud Iudeos; Soc
 autem non inani gloria, non odio, sed zelo dubis faciebam.
Proficiebam id est, exemplo praebam meis coequalibus in lege

10361-5-11

7

Paulus
persecutus
Clemens

Albi. q.
Act. 26.

Baron.
To. 1. an. 35

S. Thom.
Caietany

Act. 9. 10.

Cathar.

Paulus
ocultus
carcerum

zelo

obser



153

exemplum Pauli
Ambr.

Propendit

Modestia Pauli

Claudius

Comitatus

Ferunt quidam

Museo

Arius

traditiones quae
ad iudaei
attribuuntur

Anselm.

Hieronym.

quidam

quidam
quidam
quidam
quidam

observanda, et promovenda; licet multum in omnibus antee-
debam. Ambr. Proficiebam. Magis se devotum quam illos
in vindicanda lege fuisse designat; non tamen propter Somnium
favorem, sed hoc ^{putans} ~~propter~~ utile agud Deum. Proficiebam
exteriori, quod augebat ex tribus, quia inter multos, non paucos
coetaneos iuvenes aptos disciplinae, non senes ineptos, in genere meo,
Iudaeos ab ortu, non profectos, nuper adductos ad Iudaismum:
et interiori, abundantius etc. Severius. causa huius profectus
erat studium imitandi ritus, et mores patrios.

Supra multos, non supra omnes coetaneos, adolescentes, non
senes, ut arrogantiam vitet, et studium legis ostendat. in ge-
nere meo, non inter proselytos, sed inter eos qui erant eiusdem
linguae. Causa in genere meo non in gentilibus. Et 2. Cor. 11. 26.
periculis ex genere periculis ex gentibus, id est ab iudeis, et gen-
tilibus. Abundantius, omni industria et fervore, ^{mentis} id
agebat, ut ceteris coequalibus sibi aemulatione legis praestantior
videretur aemulator. Trexo. ab immodico, et superstitioso
studio legis mosaicae zelotem se appellavit.

In genere meo abundantius etc. explicat in quo profe-
cit supra aequalibus in Iudaismo, nimirum inter Iudaeos seu
contingentes. zelo legis patriae palmarum extollens, id est, pertinacia
ceteris instructa defendens patrum. Mea. id est, Pharisaeorum
vel mea qui Pharisaeus eram, et mea generis propria. Arius
Nei solum a maioribus et magistris, et scribis, sed et do-
mestica disciplina exemplo a patre meo, etiam Pharisaeo, ac-
cepam, ideoque magis studiose curabam. Abundantius, id est,
vehementius aemulator, zelator, amator, imitator existens; ar-
dentius nempe zelans, ac propugnans, quidquid ad Iudaismum
pertinere arbitrabatur; hoc est, quod appellat non Domini
mandata, sed paterinae traditiones. ita enim, ut ait Ansel-
mus, canonales ceremoniae legis post Christi evangelium inaugurantur;
ita etiam inquit Hieronymus se Pharisaeum ex Pharisaeis
inducit; et habuisse quidem zelum Dei, sed non secundum
sententiam. Ubi hodie autem qui Iudaico sensu scripturas
intelligunt, persequuntur ecclesiam Christi, et populum illam non
studio legis Dei, sed traditionibus Somnium depravatam.



363

Plurimum prodest Galatas ista narratio, quomodo Paulus
 vastator quondam ecclesie, et iudaismi acerrimus defensor
 ad Xpi fidem repente conversus sit. Et hoc eo tempore quo
 crucifixus primam annuntiabatur in mundo, quo novum dog-
 ma, et a gentibus, et a Iudeis totius orbis fribus percellitur.
 Si ille qui a parva etate Pharisaeorum institutus est discipu-
 lus; qui omnes coetaneos suos in iudaica traditione superabat;
 nunc defendit ecclesiam, quam olim validissime persequere-
 batur; et magis Xpi gratiam, et novitatem vult habere
 cum invidia omnium, quam vetustatem legis cum laude
 multorum; quid, dixerunt Galatas, nos facere oportet, qui ecce gen-
 tilitate esse cepimus Christiani. Haec etiam infort Ambros.
 Inter narrandum moveri vult Galatas ad odium Iudaismi,
 et Xpi fidem commendari.

Utilitas
in nro
7-1000

Ambrosius

Tresso

Explicavit tunc locum Guterius Tresso non inordinate
 in hunc modum.

10

Audistis enim; non potuit vos latere, quae ultimos
 terre angulos usque penetravit, fama non pastoris, sed gramma-
 toris convulsivorum, qualem? Paulum adhuc spirantem ignes
 minas et cadem in discipulos Domini.

Quid est. Adhuc spirans? quasi non satiatus cade be-
 neficium, persecutione Apostolorum et ecclesie; adhuc, velut
 Sisyphus reuerti, infiliensque in ouium caulas, inde rapiens
 agnum, audacior fit, et virus acquirit ex preda. Si Paulus
 in chorum infiliens apostolum, Stephanum rapuit, tunc
 que audacior factus, et ferocior, adhuc spirans ignes feriarum
 inferni, accepit epistolas, et ibat in Damascum. Haec Pauli
 conversio in Iudaismo. Vide sequitur, quomodo supermodum.

Apostrophem elegantem ad Paulum, dum Xpium persequitur
 et eius ecclesiam lege apud Tressum hic. 12. 11.

Prospiciam quantum in ipso erat animo et studio radice
 tris de terra tollere, et abolere nomen Xpi conabatur. Penaba-
 bat igitur quasi aper de silua, et more fera omnia populana
 singulari feris depaicebat ecclesiam. Ignorans tamen hic Phi-
 noceros, qui cornu peribat in flante, ventilabat ecclesiam, sed
 nunc mutatus cedit congregat mirabiliter, et proficiebat.

Sicut
persecu-
Pauli
Phinoceros



quasi

329

quasi ream testa imbrere cupiebant insidiosa à maioribus tradita
 supra ^{coquis} loque sanctorum Sabebat, quo iij pertinacius ad se
 cebam. Denique in sacco Benjamin minimi inter fratres in
 ventus est argenteus Sciphus, quo significatum est doctrinam xpi
 in corde Pauli adhuc legalibus latuisse. Zelus nempe legis
 in Paulo quasi quiescere erat vicium: sed magna feracitate
 indicium, ut in Petro cum eodem esset gladium, brachio
 vna non quicquam occidit, sabuloque indidit occisum Aegyptium. Sed cum Ieron
 vna inuenerat erat Sabebat Paulus Sciphus erat in sacco, gladius in vagina, doctri
 na in lege, lucerna sub modio, vas admirabile intra spiccam sol
 ut Ananias saculum squamis quasi virtutis, detrahit splenduit or
 pentum, refudit gladius, detrita est lucerna, vas emittit, abla
 to nimirum velamine legis. i. zelo, quo amulabatur iudaicas
 traditiones, capie in libertatem gratia proscribens, euangelium pro
 dicare, ut sequitur v. 15.

Sciphus
Josephus
in sacco
Beniamini

Vna non quicquam
occidit

Ananias

Vna inuenerat
erat Sabebat
Paulus Sciphus
erat in sacco

Ambrosius

11.

Ambrosius sic. Propositum suum, quo prius iudaeam
 nem vixebat regnum ecclesia, breuiter memorat. Sed hoc se,
 ut xpi famulus esset, libenter reliquit. Versum enim eum
 tempus afferenda legis non esse, doctrinam secutus Paulum, aut
 in errore aut malevolentia constitutum, omni indubita, et
 feruore mentis idagebat. ut ceteris coequalibus tibi amulatio
 ne legis praestantior videretur; sic insanens contra disciplinam
 xpi, ut nulli hominum parceret fidei foedera affectus. Sed
 cum reuelatione xpi laborem suum inanem esse didicisset,
 et magis contrarium, delatasse ab eo, et se fidei gratia subdidisse,
 ut profectus ei esset apud Deum. Si ergo hic, qui Israelita
 est, et qui dignitate doctorum fultus erat apud Iudeos, eru
 ditus à Gamaliel viro prudentissimis, cum optimis
 vita hominibus, reliquit legem; quanto magis ij, qui extra legem
 erant, legi se subijcere non debuerant; et si hic gaudet exisse
 se de subiectione recubitus, quid est, ut hi libertatem suam suam
 obligauerint vinculis legis? Hac Ambros.

Gamaliel
magister Pauli

Suo exemplo
multo datus
Galatas ab
legi iugo
abligare.

§

N. 15

365
 V 15. Cum autem placuit ei, qui me segregavit
 ex utero matris meae, et vocavit per gra-
 tiam suam.

V 16. Ut revelaret filium suum in me, ut
 euangelizarem illum in gentibus; continuo non acquie-
 vi carnem, et sanguinem.

V 17. Neque veni Ierosolymam ad antecesso-
 res meos apostolos; sed abi in Arabiam, et
 iterum reversus sum Damascum.

scholia

1. Audetis quis fuerit Paulus ante conversionem, immo ipsius
 conversionem plane divinitus factam agnoscat. Atque sicut mani-
 festum est, priori tempore, dum in Iudaeis versaretur, nequaquam
 didicisse euangelium; ita ex conversione apparebit a Deo illud
 accepisse, nec ullum alium tibi fuisse doctorem, a quo vel primo di-
 ceret, vel in eo, quod didicisset, confirmaretur. Ergo duo tempora
 datur, quod praecessit conversionem, et quod mox eam consequutum
 est, excludentur ab oportunitate dicendi euangelium. Prius
 quia totum dabit Legis emulacioni, posteriori quia ex praescripto
 Dei, nullo homine consulto ad euangelium diffeminandum in Da-
 masco et Arabia partibus conuenit. Quod tertium fuit an-
 notatum spaciis. Medium vero, id est, tempus conversionis
 vocatione divina, et revelatione euangelij transitum est, vocan-
 te nimirum Deo pro suo beneplacito, et revelante filij sui euan-
 gelium, ad hoc ut inter gentes annuntiaret, sicut, et hinc illa
 mora, nullogu homine adhibito in conspectum, exequutus est. Sed
 illud animadversione dignum, praecipuum Apostoli conatum eo
 tendere, ut revelationem patefaciat, quae divinitus instructis ad
 gentes missus est convertendas; quare non tam narrant, quam factam
 supponit suam ad fidem vocationem.

2

Cum autem. Ornat et continuat orationem. Sic par-
 ti

260

titula. Placuit ei. Gr. Eudoxia β' α' ε' ο' s. Arias M. pro
habuit Deus. Syria editio voluit. Heb. ו' ד' נ' ח' א' פ' e' t' s. Erasmus,

Arius.
Syria.
Erasmus.
Vatablus.
Pagninus.
Eudocia.
Eudocia.

Qat. Visum est Deo. Sanbicyag. At ubi bene placuit Deo
Eudoxia beneplacitum, benevolentia, amor spontaneus. Eudoxia
enim eam vim habet, ut significet probare gratum habere aliquid
ex propensa ad benefaciendum voluntate. Quia ergo ex hoc amore
Dei et beneplacito amore ducitur nobis benefaciendi principium, id
circo dicitur pater in Xpo collocasse huiusmodi Eudoxiam, tanquam
in quo benedixit nos omni benedictione. Ephes 1.3. Itaque Math 11.5.

Ephes 1.3.
Math 11.5.
Erasmus

pro in quo mihi bene complacuit. Gr. ε' ν' α' ε' ε' u' d' o' x' i' a. Erasmus reddidit
in quo mihi bene complacitum est. id est, in quo amorem seu benepla-
citum collocavi, quippe cum Dei Patris omnia erga homines bene-
placita ex hoc amo, ortum ducant, beneplacito, quod Pater in
filio locavit, per quem omnibus beneficit. Igitur hoc significat

Beneplacitum
Dei, inquitur
bonae voluntatis

Apostolus ex Dei beneplacito, et esse spontanea voluntate
non vero ex merito ipsius, ipsum fuisse, vel vocatum ad fi-
dem, vel ad Apostolatus munus illuminatum, et instructum
missumque ad gentes. Lomb. Placuit ei. inquit, qui pro suo pla-
citis fecit non pro merito (merito). Ita Hugo Card. Anselm Com.

Lombardus.
Hugo
Anselm Com.

Hege communis intelligentia. Eleganter Iulian. Cum me bona
Dei voluntas calens aspexit, cum Dei Optimi Maximi
bonitati placuit. S. Th. non cum ego, sed cum Deo voluit, quia non
volentis, neque circumventis, red misiventis est Dei Rom. 9. 16.

Lectionis.
S. Thom.
Rom. 9. 16.

B. Qui me segregavit et vocavit, ο' α' πο' σ' i' β' α' s' x' i' α' d' e' s' i' s' .
Participia sunt. Arias M. ille separatus me et vocatus,

Arius M.

3.

qua veluti apposta seu attributa Dei ob maiorem declaratio-
nem praemittit Apostolus; et in latina editione, Ubi pro Deo
ponitur ei, quasi periphrasim Dei faciunt. Non est tamen
facile explicare, quando, quove modo dicitur Paulus segregatus

Quis, non quod
Arius dicitur:
Opinio
Mater eccle
siae Antioche
na.

ab utero matris. quaenam ista mater? id est, opinio refer-
tur Sic, nec refutatur a S. Thom. Matrem appellasse
ecclesiam Antiochenam ex cuius utero, id est, ex actu docto-
rum, iussu est ab Spiritu sancto segregatus cum Barnaba ad pre-
dicandum gentibus euangelium. Haec opinio non placet Salmeroni
nostro, eo quod multis annis antea fuisse vocatus Act. 9.

Salmeroni
Act. 9.

Hic autem prius dicitur segregatus quam vocatus. Sed quid si
dixerimus per istam proteron Sac esse intelligenda, qua



267

figura prius posteriori ponitur. Et quidem, si allusio sic admittatur ad illud Rom. 1. 1. segregatus in euangelium Dei non ea
vel magna probabilitate, ibi enim allusionem agnovit Anselm
ad Act. 13. 2. Vbi dicit Spiritus sanctus, Segregate michi
Saulum et Bernabam ad opus ad quod assumpti eos. Et si se
gregatus dicitur à ceteris apostolis, ut interpretatur Jolet.
ibi cum Sedulio et alijs, de evangelizandum gentibus, relatis alijs,
qui predicarent Iudaeis, quid huic opinioni obstat, quomodo
vera sit?

Rom. 1.
Anselm
Act. 13. 2
Jolet
Sedulio
et alijs

Est vero 2^a multorum et magnorum auctorum, maxime
dilectam hanc Synagogam, cuius nomen fuerit collegium Pha
risaeorum qui eius principes erant, e quorum numero segrega
tus est Paulus, ut qui prius fuerat in Synagoga, et Iudaismo
segregatus à plebe, id enim significat Phariseus, iam per
Deum segregatus effert à lege et iudaicis ritibus; quam allusio
nem affert Amb. Hanc opinionem tenet Bossa Lyra. Tho.
Anselm. Gaudius. Salmer. Primarij, Cathar. **ספר** Separs
Sepago. Synagoga idest, congregatio, qui in ea separabantur, se
gregati dicebantur. August. refertur in hanc sententiam.

Opinio
synagog
inter
Phariseus
Ambrosi
Glossa
S. Tho
Anselm
et alijs
Synagoga
signifi

ספר scilicet dividere

August. refertur in hanc sententiam. Qui segregavit
me ex gremio Synagoga, siue ex castitate gentis iudaica
Hanc expositionem habet August. Ps. 21. non de Pauli
Cognens sed de omnibus, qui de Iudaismo veniunt ad Xpum
Et non admittitur ab Adams, quod sit longe petra. Ex expo.
sitis. Cornelius dicit esse mysticam, Claudius allegoricam
sed certe non est ab re propalata aliena. siquidem id erat insti
tutum Pauli, ut doceret se, ut primum à Deo vocatus est,
ita vult dixisse carni et sanguini, hoc est, suis omnibus consan
guineis atque propinquis carnalibus, ut longe ab eorum con
suetudine deinceps segregatus vitam transereret. Intelligendus
est autem per vocationem segregatus; ex quo enim illam vocem
protulit respondens vocanti Act. 9. Domine quid me vis
facere; nusquam amplius de Synagoga, ex cuius viceribus
auulsius dici potuit, reversus est. Synagoga mater erat et
ancilla; Ecclesia autem mater et libera infra. c. 4. v. 23. 26.

August.
Adams
Cornel
Claudius

A.

A.

3^a expositio est Glossa interl. S. Braunonis Carthagen
sium Patriarcha S. Anselm. S. Thom. Caiet. Hugo Card

Opinio
S. Thom
Caiet
Hugo Card

Dro

primipio, cum primum natus, vel conceptus sum. Ps. 21. 11. In Psal. 21
te prolebas ^{sum} ex utero Ps. 57. 4. Alienati sunt pec Psal. 57
catris a Mulia, erraverunt ab utero et. Ps. 70. 6. De Psal. 70
Ventre matris mee, tu es pater meus. August. L. 70. Augustinus
Domine spes mea a iuventute mea idest. ex quo in te capi
perare. Segregatus vero dicitur Paulus a Deo ex utero,
 quia cum primum esse scivit, Deo sua providentia agnovit ac
 probavit; Et in vas electum organum, & eximium, praesignavit, ac
 predestinavit; Et in tempore, quo ei placitum fuisset vocaret
 et iustificaret, quos praescivit ~~etiam~~, et predestinavit, et quos pra
 destinauit, eos et vocavit, quos autem vocavit et iustifica
 vit et. Rom. 8. 29.

Notat vero acute Gabriel Vaz, doctor Compluten
 sis hoc loco, non dictum ex utero, ut ostendat decreto Dei
 segregatum solum ex utero, cum ab aeterno fuerit segregatus;
 sed ut intelligatur sine meritis propriis segregatus et electus;
 sicut dicitur Rom. 9. 11. de Jacob et Esau. Cum non
dum enim nati fuissent, neque aliquid boni essent, aut
mali et.

Theoria I. Circa vocem segregavit.

6. Quaerunt nonnulli. Unde segregatus fuerit Paulus? Autho
 res prima expositionis dicunt segregatum a caetu Apo
 tarum et Doctorum, quia dum alij rebelles sunt, ut euan
 gelizarent Iudaei, ipse ab eis separatus, et assumptus, ut
 evangelizaret gentibus. Sic placuit Tolet. Rom. 1. 1. ~~Aut~~
 qui citat pro hac expositione Sedulium et Chrysostomum.
 Acrius tamen eiusdem esse videtur sententia, cum hic no
 tat segregatum in Apollatum nimirum gentium
 = In 3^a opinione non est locus huius dubitationi cum
 dicatur ex utero matris separatus, idest, electus. Authores
 2^a expositionis dicunt segregatum non ex sinu aut gremio
 sed ex intimis visceribus Synagoga, idest, a lege et
 patrum traditionibus carnaliter intellectis; sive a caecis
 tenebris Iudaismi, ad lucem evangelij et fidei Xpiane, hoc
 est, in admirabile lumen cognitionis Christi.

Anselmus In 4^a tandem expositione dicendum cum Anselm ~~convenit~~
Augustinus segregatum a massa perditionis. Id est a caecitate Iudaica, et consuetu
Andreas dine parentum carnalium, ut ait Augustinus a via mala in bonam. Ut
Thom. dicit Lomb. & Thom. Denique ab omnibus his quae illum impedire poterant,
 quominus vocanti Deo responderet, et praesipienti obtemperaret.

Thom. Notat Theod. ad Rom. 1. 1. Paulum segregatum a Patre &
 ibi dicit segregatum in euangelium Dei. A filio Act. 9. 15. qui dicit
Paulus Ananiam Vade quia vis electionis est mihi iste est. A spiritu sancto,
 Act. 13. 2. segregate mihi Saulum est. Hoc loco persona Patris sig
 nificatur cui attribuitur haec segregatio, et et vocatio. Notant multi
 verbum Et apostolus cuius participium locuti primi hic ponitur.

Agostinus Daq. 1. 2. Daq. 1. 2. qui segregavit, vel ille segregavit, significare non quomodo
 modo separare, sed quod. eximium praecipuum ac excellens est in
 rebus religere, et regere. Quare et agogus vocant sententias
 selectas eximias, et memoria perpetua dignas, quales elidit de re
 medica Hippocrates Graecus, et de re morali, seu de questionibus
 ad mores pertinentibus, Emanuel Sae latini Societatis Iesu non

penitenti author. Unde colligunt Paulum segregatum a Deo, tan
 quam qui futurus esset vis electionis admirabile; Sic est, Dei
 seu Iesu Xpi Domini nostri instrumentum selectissimum ad con
 vertendas gentes. Itaque ducunt nomen Pauli ab Hebr. **אֵלֶּה** Pele

אֵלֶּה quod significat mirabile (Etque nomen illius Angeli, qui paron
 tribus Sanctorum apparuit Act. 13. 13 quod etiam Isa 9. 6 datur
 sicut Saul, Unde Saulus dicitur quasi postulatus. Fuit itaq.
 Paulus admirabilis inter Apostolos, et per excellentiam Apo
 stoli dicitur fuisse, et ab Stephano protomartyre postulatus
 a Deo.

Theoria Conferatur Paulus in Hieremiam.

Quaeri hic potest, quid omnes Sabuerit Paulus, quam Hieremias
 quod hoc loco nonnulli videntur aequiparare. Nam de Hieremia
 ipse met scribit sua prophetia cap. 1. 5. Priusquam te forma
 in Hero, matris te, et antequam exires de Vulva, sanctificaui te.
 et prophetam in gentibus dedi te. Paulus autem dicit de se
 ipso, Cum placuit ei, qui me segregavit ab Hero matris mea, et
 vocavit per gratiam suam et revelaret filium suum in me, ut
 euangelizarem illum in gentibus. Quae duo loca aequiparare vi
 detur Hieronymus in hoc loco, namque dum explicat Hieremiam
 profert locum Pauli, et similiter explicans Paulum profert
 locum Hieremiae. Simus autem in sacra scriptura sanctifi



esse idem esse quod separare, et segregare aliquid ad Dei cultum, vel cuius sacris. *Ut Hier 12.7. Sanctifica eos in die occisionis, i. segrega sicut oves ad victimam. Deut. 15. 19. decemogenitis, quidquid est sexus masculini sanctificabis, id est, separabis Domino.* Et Orig. Hom. 11. in Saut. Sanctus est, inquit, qui segregat se a malis rebus, et amargatur, ac dedicatur et Deo. Quare sanctificari Hieroniam quid aliud significat, quam separari, segregarique et consecrari Deo, ad omnium prophetiam. *Ut explicat Theodoret Hier. 1. 5. Illud, inquit, Verbum sanctificasti, posuit pro segregasti.* Ita etiam Maldonatus notat. Sanctificare, inquit, hoc loco non videtur significare sanctum facere, aut iustificare, sed designare ad publicum officium. *Ut August. epist. 57. et Hiero. hoc loco interpretantur; quod frequentius dicitur segregare; rei enim sanctae ac dicatae Deo segregare solemus a profanis. sic Act. 13. 2. Rom. 1. 1. Gal. 1. 5. Similiter autem dicitur Paulus segregatus in euangelium Dei, sive ad euangelizandum in gentibus. Xpum et de Hieremia dicitur est, antequam exiret de Vulva, quod idem de Paulo dicitur. Si verba ex vero oratus mea. Haec nempe explicare illa videntur. Si vero afferas illud antequam non diffinire certum punctum temporis a parte anteriori, sed idem esse ab omni determinate, sicut in procedenti loco, antequam se formare in vero, denotat determinatam, similiter licet dum est ex vero, a Vulva de ventre, et eiusmodi phrasibus determinatam significare, ut illa a constitutione, id est, ab origine mundi, in quibus ponitur certum ac definitum tempus pro indefinito, et incerto.*

Itaque existimare licet idem dixisse Paulum atq. Hieroniam, sed Paulum modestia causa texisse allusionem, quam faciebat ad locum Hieremia, verbo veni segregandi, et non sanctificandi. Siquidem, *Ut diximus supra in 2. expositione segregatio Pauli facta est in praesentia Dei, sicut et Hieremia sanctificatus. Tunc vero credibile est in hoc Hieroniam typum fuisse Pauli de quoque enim verum est. Notum fuisse Deo, sanctificationem seu segregatam, ac deputatum in ministerio predicandi, datumque ad hoc gentibus. quod in praesentia et voluntate Dei ante quam crearetur, vel congereretur primo ante mundi constitutionem ita fuit. Ut constat explicacione Chrysost. Rom. 1. 1. in illa Verba segregatus in euangelium Dei. Nihil vero, inquit, hoc loco non videtur vocatim duntaxat factum*



in

Clemens Alex.

Gregorius

Loca scripturae

Agostinus

Agostinus

Agostinus

Agostinus

Agostinus

Agostinus

Agostinus

infirmitate, sed magis quod olim et e superius ad Soc. Apostolica
 functionis munus sit praedeterminatus; quemadmodum et Hieronimus do
 minum de se afferentem induit. Antequam exires de uero ma
 teria sanctificaui te, et prosperam in gentibus posui te. Clem. Alex.
 Peda. lib. 1. c. 7. Eandem prosperam applicat omnibus qui ad fi
 dem vocantur. Haec inquit, prospera apud nos potest significare
 eos qui ante mundi constitutionem Deo ad fidem sunt cogniti, quae
 autem sunt infantes propter impletam nuper Dei voluntatem
 quatenus ad uocationem et salutem recens nati sunt. S.
 Hieronimus etiam lib. 5. aduersus Iudaeos c. 15. eodem modo intelligit
 Hieroniam ex uulua sanctificatum, quo Paulus sedicit Galat. 1.
 15. Et ex uero segregatum.

Theoria

Quomodo intelligenda loca
pre citata scripturae sacrae.

3

Notandum exhibitis. Omnia fore ~~loci~~ loca quae in scriptura sacra
 sunt similia his Pauli et Hieroniam, licet nunquam ali
 ter exponantur, tamen aptissime exponi posse eodem modo, ut
 hic expositor de aeterna Dei praecognitione, ac praesentia.
 sic Augustinus illud Ps. 57. 4. Abimati sunt peccatores a uulua
et exauerunt ab uero, locuti sunt falsa. fortassis, inquit, illud di
 citur, quia Deus praecognit homines peccatores etiam in uero matrum.
 Nam unde cum adhuc praegnant esset Rebeca et geminos in
 uero portaret. dictum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui.
 Eodem modo haec loca intelligit Hieronimus hic, et illud Ps. 21. in
 te proiectus sum ex uero, dictum sine in persona Ipi, siue
 cuiusvis iusti. Similiter explicantur illa Apoc. 13. Agni occisi
ab origine mundi. i. ab aeternitate secundum praecognitionem, et
 accigationem aeterni Patris, qui futuram aliquando filii moxem
 praesentis, et praedeterminauit ad Summi generis redemptionem quod
 aperte testatur 1. Pet. 1. Non corruptibilis est. sed precioso
sanguine quasi agni immaculati. Ipi et incontaminati, praeco
gniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem no
uissimis temporibus. Ita etiam illud Egh. 1. Elegerunt in ipso
Xpo, ante mundi constitutionem. Igitur haec phrasae a uulua
 ex uero, ab origine mundi, ante mundi constitutionem, ut
 superius dixi, aeternitatem insinuant, certumque et definitum
 tempus pro indefinito et incerto ponunt. imo et metonymiam
 continent. Verba illa alienati sunt, exauerunt, locuti sunt,
 quae res. ponitur pro signo vel contra. sicut prophetae auctor

dicit. Tunc Paenitentiam merito circumdat amara corripit. Methodius
 id est, contra significat circumdatas; sic dicitur. Vates dicere po-
tuit. Alienati sunt peccatores a vulva. id est, significati sunt vel
 praecogniti sunt alienati, a vulva. id est, ab aeternitate. Sic Paulus
 segregatus ex vero, id est, ab aeternitate, praecognitus est relictus a
 massa perditionis, et deputatus ad Apostolicum munus. Theod.

9. Me segregavit ex vero matris utero, id est, antequam matris essem, Scholasticus
 iam enim Deo notus, et ad munus apostolicum designatus, tem-
 pore autem praescripto ac definito, id est, cum iam grandior essem
 vir et etate robustior, Dei bona in me voluntas et misericor-
 dia per vocationem gratuitam declarata est; palamque in mun-
 do facta. breuius, in oculis Dei semper, in oculis hominum ex
 tempore factus sum servus et Apostolus Christi.

Et vocavit Duplex est vocatio, externa et interna, Vocatio
 ut hic Thom. exponit; de externa Act. 9. 4. Saule, saule
et 7. surge et ingredere civitatem, et ibi dicitur tibi
 quid te oporteat facere. De interna que fit per illuminationem quem-
 dam interiorum, quo Deus cor tangit ac movet, trahitque ad se
 potest intelligi illud Isa. 45. 13. Ego vocavi eum ad iustitiam
 id est, ad iustificationem, et Amos 5. 8. qui vocat aquas ana-
ris, et effundit eas, ^{super faciem terra} Dominus nomen est eius. Hoc facit cum verbo
 rei, ut Paulum, de mundo assumptos tanquam salsi maris vapores
 aethere calore suspensis excolat et eliquat in dulcem pluviarum
saporem; ut caelum id est, ecclesiam operiat nubbibus, et panet terra
pluviam verbi caelestis, via explicat. Bibera. Petrus
nuclis
aquarum
nomine
catu
Bibera

Per gratiam suam. non autem per merita mea, Maximus
 gratia divina auctor noster divinus Apostolus, cui acceptum ac-
 fert, non solum quod vocatus est, sed quidquid unquam boni opera-
 tus est, sed praecipue hoc loco expressit gratiam, ne qui forte
 putaret, ex quo segregatus est ex vero, potuisse mereri, vel
 meritum fuisse, ut a Deo vocaretur. Quarta, inquit, vocatio
 sicut et segregatio fuit. Ita Anselm. Inverso modo dicit Dom.
1. 4. Vocatus Apostolus, segregatus in evangelium Dei. Dom. 1. 4.

Iscoaria 4^a De vocatione Pauli dupli.

10. Nota tamen cum Chrysost. Rom. 1. cit. Alios credentes
 eo reg. vocatos, ut crederent; Paulum vero etiam ut surge
actus Apostolatus; de hoc munere maxime hic intelligendus
 est

Et loqui, sed eius ² vocatus et ad fidem, et ad Apostolatam
 simul eodem tempore facta est. Act. 9. cit. *Act. 9. cit. Act. 9. cit.*
 Vocatus per gratiam suam ad cognitionem ipsius primum, deinde
 ad Apostolatam. *Act. 9. 25. ideo dicitur Vas electionis, quia*
predestinatus, et ad magna electus.

Iterum nota cum eodem Chrysost. cum dicit se vocatum etiam
 ambitionis suspicionem excludere; neque enim ambit, nec meruit
 dignitatem Apostoli, ad quam a Deo separatus, vocatus, assumpt.
 Ergo est, tanquam Aaron. *Ibidem ex Prospero affert*
Forinus, sicut Aaron pro Mose loquebatur, ita etiam Xpum
dixisse sibi Paulum, que pro se gentibus loqueretur, ideo dixisse
Vas electionis est mihi iste est, tanquam Hieremias, tanquam
eligi propheta et Apostoli, ut supra diximus. V. s. cum pro
delegatus exponeremus.

Theoria 5. de Vocazione Pauli absq. cui merito

Nota 3^o Chrysost. Theoph. et reliquos Patres Græcos,
 qui Chrysost. consequuti sunt, modestie et Sumilitati Pauli
 tribuere, quod afferat se per Dei gratiam vocatum, cum ob
 virtutem, inquit, vocatus sit, uti Vas electionis; non nego
 Sumilitatem Pauli in conferenda sua indignitate, et afferen
 da Dei gratia et misericordia; sed te O lector admonitum
 volo. Semipelagianos initium bonorum operum labori nostro tui
 buisse, gratiamque Dei non ad inagendum bonum opus, sed
 ad illud promovendum potuisse. quam Scæsam contra Mas
 tingenfes, qui eam defendebant, acerbissime impugnavit August.
 illi autem auctoritatem Chrysost. et aliorum Græcorum Pa
 trum pro se allegabant, quippe qui hoc loco et alij Sane doc
 trinam docuerunt. Nec mirum: primus enim Augustinus
 in Sacre facie protulit, fontes gratie in epistolis D Pauli
 latentes operuit, et indicavit, quare Patres Græci in Sacre
 caute legendi. Tu vero si pleniorum Sac de re cognitionem
 desideras lege P. Fabricium Cazz. Velmontanum notæ
 Societatis Doctorem eximium, qui Compluti Romæque Theologiam
 Scholasticam professus pene triginta aut plures annos pu
 blice docuit, 10, in materia de Predestinatione in 1. p. s.
 Thom. disp. 83. præsertim c. 4. et 5. egregie signis aliis, Sac
 de re tractat. Unde *Sanctus* valde apposite & congruenter
 Sicut Beatus, per gratiam suam non quia zelum Legis Ebraicam,

11.

51



4 375

quod satis prudenter annotatum est contra Chrysost. ut infra Bruno
 patebit. Cathari singularem et eximiam gratiam intelligit, quia Cathari
 ex magno et flagrante scelere degeneraverunt; tamen vocatus est.
 communis quippe gratia vocationis omnibus, sed quibusdam pe-
 culiariis.

P. Justinianus Chrysostomum liberat ab omni nota, quia
 hoc loco non loquitur de vocatione ad fidem, sed ad munus
 Apostolicum. quae posterior vocatio cum alteram supponat, non
 mirum si ad eam spectet Dei aliquam virtutem, quae ex gratia
 Dei in se ei, quem Deus ad tale munus vocat. Sed quantum va-
 leat hoc responso Justiniani inferius videbimus; Interim mihi
 persuaserim simul eodemque alio Paulum ad fidem vocatum
 et ad Apostolatam; siquidem statim ut baptizatus est, cepit
 Christi nomen annuntiare in urbe Damasco tanta virtute,
 ut Iudaeos maxime confunderet. sed P. Sol. Rom. 1. Titulus
 an. 3. vocationem ad apostolatam distincto tempore dicit
 factam, nimirum, quo refertur Act. 13. 2. et si ita esset
 quis dubitat aliquid ex gratia tamen potuisse inesse in Paulo
 quod redderet idoneum ad munus Apostoli?

Loquens Act. 9. 15. Chrysost aliter explicat dicentem ubi
 de comp. cord. ad finem, Christum testatum fuisse de Paulo, aliter
 vas electionis et michi etc. etc., priusquam ei gratia daretur
 intelligi enim Loquens de Viribili signo baptismi et de certissima
 virtute facultate. Neque enim dubium esse, quin iustificandam
 gratiam adeptus sit, cum vocanti se praebuit obsequentem. Sed
 si attente legas Chrysostomi verba, initium convertendi ad
 Dominum in Saula, ponit adhuc persequente persecutorem, quia
 (inquit) propotio cultu et zelo Dei hoc agebat, dicit de illo
 Dominus. Vas electionis et michi. In quo quis non animadvertit
 et doctrinam Massiliensium et Semipelagianorum vide
 supra Bruno annotationem.

~~¶~~ Gloria 6^{ta} in eodem.

12.

Sed libet Ambrosii doctrinam, quam in explicatione Suis
 loci affert, a quo examine ponderare, ut lectori diligenti ino
 attestat, quantum accedat ad veritatem et sanam doctrinam.
 non vero aliquid sciat quod etiam caute legi necesse sit?
 Videns Deus (inquit Ambrosius) emulationem eius Pauli mi

mi

miam (bonam) sed scientiam ei deesse, placuit ei vocare illum ad gratiam suam. Sciens iam idoneum. Sunc esse ad predicandum evangelium filij eius gentibus.) Nunc aliquis quaerat, si Paulus placuit Deo sua idoneitate ad predicandum, quam in lege defendenda ostenderat, ergo aliquid in eo fuit, quod Dei beneplacitum excitaret, ergo non vocavit merè gratis, sed propter illud, quo erat idoneus. Ergo iam datur in Paulo causa prima vocationis, atque nulla datur adeo praedestinationis, quod cum tota schola Theologorum aperte pugnat. quae nullam causam vel minimam, neque disponentem concedit, nec solum merita excludit condigna, sed etiam impenitentia, sive (ut appellant) de congruo.

Adde Ambros. quia si in re minima tam velox et fidus erat audacia conscientia, non adulatione cuiusquam; quanto magis in predicando dono Dei futurus esset constantior spe futuri premij. Ecce virtutes, quas habere dicitur Paulus ante vocationem, velocitatem, fidelitatem, audaciam, non temerariam et ambitiosam, sed bonae conscientiae visam. At non se disponebant ad gratiam Apolicam?

13. Respondes tamen, nihil in his verbis contineri, quod villo modo Dei gratia praesudiet. Haec enim dicitur dari sine merito ex libero nobis arbitrio profectis; dona autem naturalia quae cum natura ipsa dantur in hominis creatione, ut ingenij capacitas, indoles bona, ager animus ad obtemperandum promptus ad opus exequendum, non haec sunt causa divinae vocationis. Multi enim qui his praediti sunt virtutibus naturali- bus relinuntur in massa perditionis, neque a Deo vocatio congrua eis praedestinata est; cum tamen alij, Sebeti, et pravo ingenio praediti, gratia Dei praesenti, et vocati, tandem salutem consequantur. Non ergo gratia Dei adversantur, qui huiusmodi virtutes aptas esse ad respondendum divinae vocationi dicunt; sed qui afferunt earum exercitatione preparati et disponenti hominem ad gratiam; ita ut intuitu earum, vel merito saltem impetratio Dei, vel exaratur, vel moveatur illi gratiam conferre. Itaque non dicit Ambros. Paulum aliquo bono opere se ad vocationem disposuisse, nam nullum habuit huiusmodi ante vocationem, sed multa potius habuit demerita et peccata, quae possent divinam misericordiam non

modo recordare, sed etiam repellere ac fugare ab illo. Solum er-
 go dicit, quod non negat August., neque ulli alii Patrum
 in ipso viciis ostendisse naturalia quaedam dona, quae apta erant
 ad munus Apostolicum, ad quod Vocandus erat; non tamen illi
 meruisse Vocationem. Nam posset Deus illa contemnere, aliumque
 deligere, qui illi careret, quem tamen ipse sua gratia idoneum
 efficeret. qui idoneos facit ministrum novi testamenti? 2 Cor. 3. 6. 2. Cor. 3. 6.
 Audi Augustinum hac de re acute differentem lib. 1. de Singulis Augusti-
 num. Non enim, inquit, Sabeo, quod intueor in eligendis hominibus
 ad gratiam salvandam, si de essamen suavis electionis aliqua cogita-
 tione praemittor; nisi vel maius ingenium, vel minora peccata, vel
 utrumque; addamus etiam, si placet, Sonatas, Vilesque doctrinas,
 et paulo post, sed cum hoc, inquit, staturo ita me videbit ille,
 qui infirma mundi elegit, ut confundat fortia; corruetis ego
 irruentem multos, et pra quibusdam peccatoribus castiores, et
 pra quibusdam peccatoribus oratores. Nonne vides deficien-
 tem Augustinum, quod in euangelio etiam Sabemus, per gra-
 tiam Dei eligi publicanos, meretrices, Stultos, idiotasque, et
 libris ijs quos mundus iustos, sapienterque reputabat; Ita Math. Matth.
 11. 25. gratias agit Xpi Patri, quod abscondit sapientibus saeculi,
 mysteria regni caelorum revelaverit parvulis; hoc est, ijs qui in
 mundo nihili fiebant, quia nullis florent vel ingenij, vel
 corporis, vel fortuna bonis. Hoc autem factum, inquit, Xpi
 quia ita placuit est aeterno Patri. Concedere itaque dispositio-
 nem naturalem ex nobis, aut ex bona indole naturali, ut
 gratia ex misericordia collata facilius operetur, nullus error est
 ut ostendit P. Sab Nazza 1. p. d. 93. c. 4. Idem etiam
 in illud Rom. 8. ijs qui secundum propositum Vocati sunt
 Rom. 3. affirmat non deficiente esse beneficium et gratiam,
 quando aliquis donat pecunias manum porrigenti; quia manum porri-
 git, quia hoc non habet rationem meriti; quod solum opponi
 sine gratia; sed est causa sine qua non, voluntaria autem
 ex parte dantis.

Ergo licet bona indole, et magis a natura dotibus
 praeditus homo sit, nisi gratia Dei praevenerit, excutetur,
 moveatur, trahaturque ad cognitionem fidei, nihil illi prode-
 runt sine bona parte naturali ad salutem. Hoc enim

358

Bona naturalia habet animis hominis, ut quemadmodum silex, nisi ferro per
indigent Dei *gratia* *similitudo* cussis, ignem non profert, ita ille nisi gratia Dei, hoc est, bona
 cogitatione excitatus, et commotus ad Dei cognitionem, et amorem
 non affertur. Licet igniculis virtutis plurimos a natura infusus donet
 dat. Est etiam bona indoles, velut torrens ignis, qui nisi flammam
 aditus flammam non emittit, si necesse est ut spere gratia Dei
 excitetur cor nostrum, ut flammam boni desiderij eliciat, virtutem
 que boni operis profertur.

¶ Sed quidquid subiungit Ambrosius Apostolum Paulum, sciens
 Deus quid esset futurus, adhuc ex vitro, sicut Hieroniam no-
 vit antequam formaret, prevenit: (ut antequam converteretur,
 vocaret eum, quia erat necessarius). Nimirum ad munus Apo-
 stoli. Hanc doctrinam habet Hieronymus in commentariis par-
 tis sui loci, vel certe eam insinuat. Si Ambrosius et Hieronymus
 voluerunt significare ideo vocatum Apostolum, quia bene-
 dictus prescribatur gratia, et imitari illi a Deo collato, non est
 eorum doctrina in hoc admitenda, iam enim inde sequeretur
 propter merita saltem futura vocatum, quod contra rationem gra-
 tia est. Et contra Orig. et Iulian. ostendit P. D. Franciscus
 Juba Rom. 2. ann. 4. et late etiam probat P. Gab. Vaz
 1. p. d. 90. c. 6. Si tamen hi Doctores velint doceri, ideo a
 Deo vocatum Paulum, ut esset vas electionis, quod futurum
 prescribit, non est doctrina repellenda, siquidem predestina-
 tois omnes ideo vocat Deus, ut sancti sint. Ephe. 1. Elegit
 nos in ipso (Xpo) ante mundi constitutionem, ut efficeret sancti
 et Rom. 8. 30. quos predestinavit, eos et vocavit. Sed ma-
 gis crediderim eos hoc Patres iuxta doctrinam Precaum
 locutos, quos idem Vaz eadem disp. c. 18. in responsione ad
 2. testimonium scripturae dicit ita docuisse, sed eorum in
 hac re doctrinam iam fuisse lamentationem.

14

15. *¶* His que diximus intelligi, quomodo intelligendus
 sit ille locus 1. Timoth. 1. 13. Qui blasphemus fui, et persecutor,
 sed misericordiam consecutus sum, quia ignorantia feci in errore
 delictare mea. Videtur hic Paulus causam dare ex ma-
 gna ob quam misericordiam, et gratiam consequutus sit a Deo.
 Sed ascendendum nihil potuisse Paulum, quod illo modo esset

15.



facere. Cum vero Xpus se reuelaret, tribuitur sic Deo Patri Reuelatio
reuelatio; quia opera ad extra Trinitatis communia sunt tribus
personis; vel quia quod diuinitatis, et potentia, Patri tribuitur.

18. in me. Hae particula magnum negotium attulit interque
tibus, non dubium quin in me pro mihi intelligatur. Ita Cory
sost. Gagnarius. Vazg. Hugo Caro Just. Sed an illa phras. in me
est Apostolus in dubium vocatur. Quia Patris Chri
sost. et alij non solum per sensus exteriores, aures, oculos, sed
multo magis per interiores anime potentias acceptam fuisse reuela
tionem significari volunt. non solum enim luce subira de coelo ful
surante prebeati sunt oculi, et vocis tonitru aures contusa, sed
sensus mens illuminata, et loquentem cognoscens, et voluntas
excitata, et commota, et Dominum percipiens, et illigens
mens, et fugiens se se subiedam ostenderet, et ad obediem
dum promptum. Itaque in me dictum est, quasi in anima mea
vel intra me. Sicut enim Paulus intra se Xpum lo
quentem, et plura explicantem, quam vox externa sonabat.
Sic propheta in se loquentem sentiebant, vel Deum, vel
angelum, et Zach. 2. 3. Et ecce angelus, qui loquebatur in
me et cetera. et reuersus est angelus, qui loquebatur in me. Ca
retur hic.

Dico in me magis exprimit efficaciam reuelationis,
in ipso enim non modo infusione celestis luminis, sed impressio
ne etiam imaginis Xpi, non diuina voce tantum, sed et
experimento spiritus Xpi, a quo ceperetur, effectum est, ut
aperitissimam de Xpo cognitionem haberet. Unde ipse dicitur
reuelatus Xpus; quia perfecte cognouit; ceteris, ab ipso euangeli
zatis; quia quantum satis erat; sed non adeo perfecte cognoue
runt. Alijs enim voce tantum Xpum annuntiabat Paulus
Paulo autem non voce tantum, sed et diximus, miris modis
declaratus est.

Quia III. ut reuelaret i mihi virtutem filij sui
communicaret, quia ego cognoscere possem illum et societatem
passionum illius, et virtutem resurrectionis ex mortuis,
augere soci restari etiam possem, et confideri palam. Theoph. et
ut ego agnoscam et ut alij deprecam, reuelauit. Itaque non solum
suis credere, sed eligi a Deo. Primarily, reuelauit non solum in via,
sed etiam in ceteris locis. Si Patre reuelauit filium in me ut
euangelizarem illum in gentibus. Ergo (infort. Acumenius) ipse me
doto

+ Deinde placuit ut suis
maximi doni hominibus
allati, hoc est, Xpi nuntium
bonum ad gentes deferrem.



Similiter homo esse dignatus est, Pro Cognatis et consanguineis Gen 37.

Caro nostra est. Pro Somine qui ex te non affuerit ad celestia Matth. 16. 17. Caro et sanguis non revelavit tibi sed Pater meus qui in celis est. Pro Somine Virgilia. Ephes. 16. 12. Non est nobis calculatio adversus carnem et sanguinem. Hieronymus sic explicatur hic locus.

+ Carnis nomen ex parte explicatur infra c. 5. v. 17. r. 21.

Non acquievi carni et sanguini. Et Non, nec mei affectus et vitiosa prius voluntas, nec meorum propinquorum et consanguineorum. Vltimam rationem Sabendam arbitratu sum, eos qui mihi erant sanguine iuncti Iudeos nempe oblati sum. Et monet P. 44. Obliviscere populum tuum, et domum patris tui, quasi dicit non amplius ad meos redij, nec veteranarum traditionum studium tenere potui, ex quo intellexi per revelationem inaneitatem Iudaicarum ceremoniarum et caecam varietatem Feli et emulationis mea pro lege iam mortua seu abrogata. Cuius Bruno Lomb. Theophyl. Lactantius, Lyrantierlia. Porro cum, nec molitrem occurrere recitavi sum, sed formam evangelij cursum arripui. Prima. Continuo non fieri incredulus celesti visioni, quia non carnis et sanguinis vocem audivi, sed Domini.

Chrysost. debinger ad Apostolos, quos nulla ratione conculavit; unde quod sequitur. Neque veni Ierosolymam ad ante facientes meos Apostolos. Explicandi causa addidit iudicat. Excusat vero ab arrogancia Paulum, quam obiecerat Prigly rias, quod non dignatus fuisset consulere principes ecclesie, offerens id non ob gloriam Summam, quam despectu habebat, Livinum Apostolum commemorasse, sed coactum ut pseu de apostolis vere constaret, non ipsum ab hominibus, sed a Xpo evangelium didicisse. Authores Chrysostomi magna est, eamque hoc loco defendit Adamus, et P. Justin. Sicut expositioni tuam afferens novis argumentis. Quam utramque expositionem Sabet.

Sed Hieronymus non vult Apostolos nomine carnis et sanguinis indicari; quippe qui a vicijs carnis alieni iam supra Somine sint. Insinuat itaque semper vicium sapere, aut olere nomen carnis et sanguinis, magisque terrena sapientes, quam celestium rerum indagatores et conscios significare. Sed ego non video quid absurdum contineat Sac. exposito, si nimirum dicamus illa periphraze carnis et sanguinis (ut intelligunt Chrysost. Theoph. Arias et Cyprianus).

Gen. 37. 17. Matth. 16. 17. Ephes. 16. 12. Hieronymus. Bruno Lomb. Theophyl. Lactantius. Chrysost. Theophyl. Arias et Cyprianus.

Faint handwritten notes and bleed-through from the reverse side of the page.

Lucinae
causa et virtutibus
profectionis
ad Paulum su
oper

Louuis in Act. 23. Equidem disputationem Saulicum in
deus non dubito mox a conuersione pauisq[ue] duraxat interiectis,
diebus; factam fuisse; id enim perspicue sibi vult vs. 20. aduerbium
Continuo Eudeos. Et expressius Syrum Verbum שחחא schahha
et vitheth, quod est eadem Soia, Vel Soia Sac, Deinde Supor et
commemoratio literarum, cum quibus venerit ad vincendum fide
Cui idem suadet, vna cum ea adiectione, quod in nihilominus
magis conualicebat est. Credibile autem est Iudaeos per literas
Ierosolymam scriptas voluisse certioris reddere principes sacer
dotum de Sauli mutatione. Interim Saulum, Sac, alia ve oca
sione in Arabiam dicesisse.

Laudis
Gagnius

Laudius hoc loco et Gagnius, in Arabiam et iuxta Pau
lus, non solum doctus, sed etiam persecutionis a se facta opinio
nem extintueris; et v[er]gnosceretur ab omnibus Ixi aposto
lis non persecutor.

Christ.

Christ. Teruenti spiritum Pauli tribuit Sani Arabiam
profectionem, qui inultas vltaque regiones, barbaras gentes
et agrestes proutinus aggressus, vna genus periculi et laboribus
plenum suscepit ut eos Somines ad Xp[ist]um vocaret.

Lombardy

Et iterum reversus sum Damafum. Lomb. Vbi antea
audi predicaueram. Damafus ciuitas Syrophenicia, caput olim
vbi dicitur Syria, sita inter Libanum, et Antelibanum montes. Distat ab Je
rusalem septem mansiombus duraxat, ut refert Louuis. Contra
Paulinum et Salmeronem dicta sic a famulo Eliger Gen. 15. 2.
recedit in Arabiam; vna et ante Chysorhoa, ut ait Plin
lib. 5. cap. 29. in hac Rex erat Aerae tempore conuersionis Pauli
et reuersionis ex Arabia, ut statim patebit.

Damafus
vbi dicitur Syria
Louuis
Contra Pauli
num. et salme
ronem.
Gen. 15. 2.
Lining
Aerae Rex.

Digressio ex Baronio

Annus
Lauis pio
Damafum
Act. 9. 22.

Tribet autem hic nonnulla praestare qua maiorem huius loci
lucem afferre possunt ex Barony monumentalibus. Anno. 36. a
Xpo nato sic habet. Anno Domini trigesimo Sexto Paulo
Fabro. Peruo, et L. Vitellio Nepote Cons. Octavo Kal.
Februarij. Saulus cum aduersus Ispanos, qui erant Damafu
Damafum literas accepisset, et iam ad locum appropinquasset, celsis luce
perfrus, et Xpi voce perculis, atque prostratus a caelo de
sicens ad Xp[ist]um conuertitur. Rei gesta seriem Lucas in
Act. 9. et ipse Paulus Act. 22. 26. suam causam agens
diligenti studio est iterum praesecutus. Hac autem facta esse
hoc ipso anno nempe secundo ab Ascensione Domini Romana

21.
55.



Calceia profectur. Non enim assentimus illis, qui eodem anno,
 (nempe ut antea ipse assignavit, tricesimo quarto Domini) quo Sa-
 pidatus est Stephanus tradunt Paulum ad Christum conversum. Neque
 in illorum omni sententiam, qui id factum dixerunt anno septimo
 à Domini passione, quorum opinionem refellimus, cum ad hunc est
 de Martyrij Stephani tempore, ubi etiam, cum perscrui atten-
 derimus, non Augusti mense, (ut aliqui existimaverunt) sed
 vicesima sexta Decembris Stephanum confimasse Martyrium,
 nulla provis ratio persuadet, ut non nisi post dies, qui medijs
 sunt à morte Stephani usque ad conversionem Pauli, id acciderit,
 quandoquidem multa interim facta esse noscuntur, quae tam brevi
 temporis spatio minime arctari possunt) quae postquam narra-
 vit adiungit. Huius sententia de conversione Pauli facta anno
 secundo ad stipulatur Oecumenius. Hadonius num. 1; Postea
 num. 11; Quod vero pertinet ad Pauli tunc temporis
 res gestas Damasci, postquam ab Anania est initiatus sacro
 Baptismate, Lucas eas sic verbis narrat. Fuit autem cum
 discipulis qui erant Damasci per dies aliquot N. 20. Et
 continuo ingressus in Synagogas predicabat Iesum, quoniam
 hic est filius Dei N. 21. Iragebant autem omnes, qui audie-
 bant, et dicebant, nonne hic est, qui expugnabat in Ierusa-
 lem eos, qui invocabant nomen istud, et hic ad hoc venit
 ut vindictas illos duceret ad principes sacerdotum? N. 22.
 Saulus autem multo magis convalescebat, et confundebat in-
 daeos, qui habitabant Damasci, affirmans, quoniam hic est
 Iesus. Haec Lucas, quem a ligna Pauli, ut profectorem
 eius in Arabiam, videlicet Damascum, et post annos tres
 eius accessum Hierosolymam, praetermisisse certum est.

V. 17. 1.
 Cap. 2.
 V. 1.
 sequen.
 N. 1.

Act. 9. 19.
 20. 21. 22.

15
 22.

Deinde anno 37. inquit. Praesenti anno, qui numeratur
 Domini tricesimus septimus C. Cassio Gallo et Servilio Pulo
 Cons. Paulus cum iam Damasci primo evangelium predi-
 casset, in Arabiam profectus, iterum est reversus Damascum.
 Haec enim ipse Paulus scribens ad Gal. 1. testatur his ver-
 bis, Cum placuit illi usque videre Petrum. Lucas vero
 hic de Arabia, et tunc temporis praetermisit tantummodo
 infidias Iudaeorum in illum fabricatas, eiusque clandestinum
 discessum Damasco, et Hierosolymam accessum accenset. Quae
 quidem in Paulum Iudaeorum invidiones non cum primum
 recessit

Paulus
 abis in
 Arabiam



recessit Damasco iterum in Arabiam, sed cum illuc reversus est, antequam inde iterum recessisset contigerunt: quod et Sancto Hieronymo magis probari videtur super ad Gal. 1. Ratio enim ipsa nullo modo patitur. Unde clanculum recessit, et manifeste rursum accessit.

Scholia

23.

Et iterum reversus sum Damasum. Vbi cum reversus pro-
dicaret Iesum, commovit in se animos hostium Xpi, ut conati fue-
rent ipsum de medio tollere, quod narrat D. Lucas Act. 9. 23.
Cum autem, inquit, impleverunt dies multi (videt fore tres annos,
ut mos constabit) consilium fecerunt in unum Iudei, ut eum inter-
ficerent. Vsq. Nota autem facta sunt Saulo invidia eorum. Cuncto
diebant autem portis die ac nocte, ut eum interficerent. Acci-
pientes autem eum discipuli nocte per murum dimisserunt eum
submitentes in spolia. idem commemorat ipse met. Apostolus 2.
Cor. 11. 32. 33. Damasci praepositi gentis Aerae regis custodie-
bat civitatem Damascenorum. Ut me comprehenderet et per fenestram
in spolia demissus sum per murum, et sic effugi manus eius. His
adde ex Baronio, cum ut super dictum est aere bellum in-
ter Romanos et Aerae regem conflatum esset, facile fuit
dillo regi ac inimicis eius a Iudeis Pauli hostibus suaderi
de Paulo, quod civitatem ac regem, alterius praeterea occupis-
sionis, idem venisset exploraturus; quippe qui non modo Damascum,
sed et Arabiam, inquam vis belli conuerteret videbatur, inuisum
abijisset. Sicque Regis ministri adeo in eum concitati omni studio
inuiserant, ut eum caperent atque necarent.

textus

V 18 Deinde post annos tres Veni Ieroso-
lymam videre Petrum, et mansi apud
eum diebus quindecim

~~Dei Aliam autem Apostolorum vultu
nomen, nisi Iacobum fratrem Domini~~

Scholia

1.

Deinde Damasco, ut dictum est, exclusus, consilium
inijt eundi Ierosolymam, ut saluaret honoris causa praemajorem
Apostolorum; cuius et videndi desiderio flagrabat.
Post annos tres. quos, sive a redire de Arabia hinc



Act. 9. 23.
24. 25.
Cant. 11. 32.
33.
Paulus
lex invidia
et suavit
Paulo

88389

à conversione eius ad Xp̄m numerata parum interest; ut ait Baro Baronius
 anno 39, quem dicit esse tertium à Pauli conversione, eundem quo
 Damascus Ierofolymam venit. Hanc summam annorum sic
 collige. Anno trigésimo quarto à Xpi natiuitate mensis Decembrij
 die ~~trigesima~~ sexta, Stephanus protomartyr passus est. Francisko
 trigésimo quinto et ineunte trigésimo sexto, Soc est, post annum et
 mensem apassione Stephani, accidit conversio Sauli in via pro-
 pe Damascum. Vbi mansit aliquot ~~mensis~~ dies, seu menses pro-
 dicans Xp̄m confundensq̄ Iudeos. Sic fore transebitis est annus
 ille; Anno sequenti id est, trigésimo septimo profectus est in Ara-
 biam, Unde rediens Damascum conuulsus est annis trigési-
 mus octauis, et ingressus trigésimus nonus, quo currense Da-
 mascus pulsus venit Ierofolymam. Ut hic dicitur. Sive ergo
 numeres tricenarium à conversione sine à redire de Arabia, ne-
 cesse est dicere venisse Ierofolymam anno 39.

Henricus Spondanus hanc Barony opinionem correxit, et
 conversionem Pauli anno Xpi trigésimo quinto attribuit ex sen-
 tentia eiusdem Barony, qui diligentius, quæ in contrarium
 obijciantur, considerans, liberum reliquit vniuique rei vel
^{opinandi} contrarij. Et si adhuc sperans minorum et ceteris vocatus est in
 via Damasci, qui dies eius ferocem post rededim menses
 ab Stephani nece perdurasse, præsertim cum persecutionis ar-
 doie iam post fugam Xpianorum Ierofolymis pene extinctis
 esset. Et sanè communis sensus Doctorum tenet, ut statim
 post precei Stephani, Paulus fuerit ad Xp̄m conuersus. Hinc
 sententia ad stipulatur Euseb. dum ponit conversionem Pauli
 anno 19. Tiberij, et Chryost. Dom. de paucis ibus Apol. ^{Chryost.}
 ibi dicit Paulum seruasse Iud. 35. annos; tot enim sunt vsq̄
 ad 69, quo à Nerone trucidatus est. Cum igitur hic di-
 cat Apololus se prius abisse in Arabiam, quam ad
 antecessorem Apololam Ierofolymam, nemo iure dixerit eum
 antequam proficere in Arabiam Ierofolymam venisse;
 ut quidam Bergeram dixerunt, existimantes id Lucam Att. 9.
 significasse, cum illius accessum in Arabiam prætermissit.
 prætermissit enim et plura alia, vel quia ei ipse non interfuit,
 vel quia exigui et momenti temporis res fore visa est, ut
 sentit Baronius anno citato.

Post annos tres, quos fecerit omnes numerant scilicet

S. Tho

1390

S. Theophylactus
Adramus
Catharinus
Hugo
Anselmus

Tho. Adamus Cathar. Hugo Card. Anselm. Quae cum accide-
rit anno Xpi 36. mense Ianuario die 25. Triennium attin-
git amicum 39. inchoatum, ergo si post triennium à conversione
sua venit Ierusalymam, necesse est ut venerit ad minus transacto
primis mense anni 39. Anno tertio post predicatum à me
euangelium et varias cum Iudeis et gentilibus disceptationes,
cum nemo suspicari posset me aliorum doctrina egere, Hiero-
solytam reverti; Unde cum potestate egressus fueram etc. Scrip-
si ante comparatam idoneam fidei doctrinam, non est cuiquam
attentandum praedicationis munus, quis dixerit Paulum adeo
temere ipsum hoc munere, ut tres annos sine sufficienti doctri-
na praedicaret? ergo satis instructus venit ad Petrum post
triennium.

Act. 9. 26.
27. 28. 29.
30.

Veni Ierusalymam. Et tunc ei evenit, quod narrat
Lucas Act. 9. per v. 26. 27. 28. 29. 30. Cum autem
ingressus Ierusalymam, venit in Ierusalymam tentabat se iungere dis-
cipulis, et omnes timebant eum non credentes, quod esset disci-
pulus. Timor hic significat tum primum post suam conver-
sionem Paulum Ierusalymam concessisse. Nam si, ut nonnulli
putarunt, iam antequam in Arabiam proficisceretur, Ierusalymam
venisset, quae nam timoris nova causa illos afficere po-
tisset; quem iam ante Christianum esse experimento cognovissent?

Barnabas

Deinde proficitur Lucas. v. 27. Barnabas
autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, et narrauit
illis quomodo in via vidisset Dominum, et quia locutus est
ei, et quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.

Stephanus
Dimitrios
Saulus
Antiochus
Barnabas

A Barnaba (ingit Barnabae) introducit ad Aposto-
los, Petrum nempe et Iacobum; Neque enim alium vidisse
se fateatur, ex antiquo enim familiaritatis usu, quae inter
utrumque olim, cum ambo una cum Stephano à Gamalielle
evadissent, intercesserat, pro ceteris id Barnabae facere
aggressus est.

2.

Videre Petrum. Ne haec dubius, cur Damasco
fugienti Paulus Ierusalymam contenderit; Vbi maius sane peri-
culum sibi imminere intelligere potuisset; quippe qui fuisse pa-
ternae Legi ^{desertor} videtur, et transfuga: nulla sane alia causa se
ad hoc impulsurum fuisse, quam ut Petrum principem Aposto-
lorum inuideret, ipse, ut videtur, testatur. S. Ambros. Innum.

2.



quippe fuit ut uideret Petrum, quia primus erat inter
 Apostolos: cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum. Rursum
 Chrysost. Accessit, inquit, uelut ad maiorem et senioem. Videt
 quam maiorem beneuolentiam habuerit erga Petrum. Huius
 enim causi persequutionem susceperat, et apud eundem comens
 ratus est. Theodoretus sic ait. Etenim cum Paulus huma
 na doctrina non indigeret, ut qui ab uniuersorum Deo illam
 accepisset, tamen Apostolorum principi honorem, quem par
 est tribuit. Item Occum. Pector tantaque certamina abijt, ut
 uideret Petrum, tanquam maiorem; aut etiam maneret causa
 honoris, quem Petrus deferrebat. Hieronymus. Non ut oculos, ge
 nas uultumque aspiceret; inquit, utrum uultum macilentum aut
 pinguis, adunco naso effet, an recto; et utrum frontem retraheret
 coma, an (ut Clemens in periodis eius refert) caluitium ha
 beret in capite; nec puto Apostolica fuisse grauitatis, ut post
 tantam triennij preparationem aliquid sumarium in Petro
 uerit aspiciere, subdit postea. Ad hoc esse, ut uideret Apo
 stolum, non dicendi studio, quia et ipse eundem praedicationis
 Saberet authorem; sed honoris prioris Apostolo deferendum.
 Videre. Pr. non in se uenire simpliciter, et namque; sed
 in cogitacione percontandi et interrogandi causa inuicere, et conuenire
 aliquem; ut nos sanctos et Eximios uros solemus inuicere; seu
 communicandi causa, aut experimento tenendi, qui sint; ut no
 bilitas uideat, ait Chrysost. soliti sumus inuicere. prout in cogitacione
 uocat Galenus cognicionem. et ab illis cognoscitur experientiam
 propriam; Tellurique illum dicit Sistoria scriptorem, qui rebus
 quas narrat, interfuerit, Vide Louium Att. 9. 26.
 Videre Petrum id est, inuicere et rationem Apostola
 ris atque officij illius cognoscere. A. Como a summo Pon
 tifice. Inuicere itaque Paulus Petrum Apostolorum principem
 et Ecclesie patrem uniuersa; primo beneuolentia et cha
 ritatis affectu, et fraternam Charitatem corporali motu
 cumulat; August. Et mansisse cum Petro 15. dies cari
 tatis summa argumentum est. 2^o etiam honoris ergo, non
 doctrina gratia, sed auctoritate et obseruantia, aduersus prin
 cipis Apostolorum summam dignitatem seruand. 3^o ut nosset
 etiam tantum uicium, tantisq; diuinitis donis a Deo hono
 ratum. 4^o ut uult Baronius et Louius ex August. contra

Faulsam etiam ut communicaret cum eo; et sequenti capite post annos quatuordecim facit, de rebus evangelicis; non tamen ut ab eo, vel ab altero quidquam disceret. 5º Ut ait Lomb et inter alios agnosceretur à Petro, ut et Apostolus.

D. Ambrosius quocumque ab alijs sparsim dicitur, si complesus sit. Dignum fuit, ut cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apostolos; cui delegauerat Saluator curam ecclesiarum; non vique ut aliquid ab eo disceret, qui iam ab auctore didicerat: a quo et ipse Petrus fuerat instructus: sed propter affectum apostolatus, et ut sciret Petrus hanc illi datam licentiam, quam et ipse acceperat. Veniens ergo ad eum Saffirio recepit est; et apud eum mansit diebus quindecim, quasi unanimis coapostolus. Hac ideo manifestat, ut ostendat concordiam se cum Apostolis habuisse: nec in aliquo diffonisse: sicut fuisse rabant de eo pseudoapostoli; ut eum apud ecclesiarum gentium deformarent, et sua mala simplicioribus infererent, dicentes ea convenire cum doctrina Apostolorum maiorum. Hos pseudoapostolos Baronius dicit fuisse Cherintum et sectarios eius, qui in Galatia circumcisionem predicabat.

Theoria 1.

Huius Card. Vini ortum habet, quod episcopi et archiepiscopi proficiuntur de visitatione Papae vel per singulos annos, vel alternis, vel deterris interterium. Consuetudo addidit illud Deut. 16. et Ecclesiast. 35. 6. non apparebis ante conspectum Domini vacuis. Vide praeterea quae in morum edificationem hic doctor affert, ut exemplo Apostoli more suo de iurisdictione doctoris et pastoris nostri, ut alter ab altero proficiant in Domino. Proverb. 1. 5. Audienti sapiens sapientior erit.

3.

Manfi apud eum diebus quindecim. Pauci hi sunt quidam ad discendum euangelium, etiam si quis acuti celeris ingenio esset, Lyra Adamus Caiet Claud. Lomas, Ansel Bruns. Salm. Ut ait Hieronymus, nec grandi indigni materis, qui tanto se ad videndum Petrum tempore praeparavit: quasi dicat, si indignus, citius ad illum venisset. Verum non indigebat, qui totum orientarium liberie, et magna confidentia, partim Iudaei Damasci, partim gentilibus in Arabia predicarat.) Adamus. Haec commemoratio apud Petrum

4

Baronius
Cherintus
sectarios
Hugo
Deuter. 16
Ecclesiast. 35. 6
Proverb. 1. 5
Lyra
Adamus
Caiet
Claud.
Lomas
Ansel
Brunus
Salm.
Hieronymus
Adamus

Stendit Paulum in nullo differre à ceteris Apostolis; ut infirmulabant demuli eius; aliter enim non fuisset à Petris receptus, tanquam verax et coapostolus. Sic Lomb. et interl. s. Thom.

Manfi apud eum diebus quindecim. hoc spatio temporis quid gessit narrat Lucai 9. 28. et erat cum illis (Apostolis) intrans et exiens, et fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque gentibus, et disputabat cum Græcis. illi autem querebant occidere eum. V. 30. quod cum cognovissent fratres deduxerunt eum Casaream, et dimiserunt eum. ideo autem tantum sex quindecim dies mansit Hierosolymis apud Petrum; quia ne turbaretur ecclesia in illis partibus tunc pacifice agens (ut notavit Caiet) Coactus est à christi- nis inde exire aliisque proficisci.

Theoria 2.

De mysterio dierum quindecim apud Petrum

5. Manfi apud eum diebus quindecim. Nulla bonæ digni- tate tam brevi temporis periodo solent addici. Nec tamen tantum dierum spacium suo hospite dignatus esset Petrus eum, cuius doctrina et fides non esset sua conans et uniformis. Nec alii sine Apostoli sine fideles tolerarent, si differre illum in aliquo ab apostolica doctrina cernerent. qui nec salutatione dignum existimabant, si quem Saceri notatum animadvertissent. primum ibi dies quindecim perfectam et consummatam utriusq[ue] testamenti scientiam in Paulo infirmare videntur; siquidem partes duos numeri, septenarius vestis testamentum, propter custodiam sabbati, quam præci- præbapt, ac octonarius novum significat, propter reverentio- nem Xpi, qua die octavo contigit. ex s. Tho. et s. Hiero, qui aliter probat numerum 15. perfectionem doctrinae signifi- care; nimirum quia per quindecim gradus ascenderent cantores ad præledum Domini; et quindecim anni donati fuerint vite regi Prechia signati in gradibus Sordoy Achar; et præterea quia solemnitates die inciperent decimo quinto.

Act. 9. 29

Christi-

Evangelii Pauli asser- tur non se ab ho- ne accepit

S. Tho. S. Hiero. Numeri Septenarius Octonarius

§ S. 19

Cap. I. V. 19. De Jacobo Fratre Domini

Textus

V. 19. Alium autem Apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem Domini.

Scholium.

Alium autem Apostolorum vidi neminem. Hinc argumentum sumitur, ut probetur Apostolorum diuisionem in varias prouincias factam non pluribus annis ab Ascensione Domini. ut supra ostendimus Prærog. II. V. 1. n. 102. Vide Gasparæ Sanch. de S. Jacobi profecione in Hisp. tt. 1. C. 6.

Nisi Jacobum. Duos fuisse Jacobos in numero duodecim Apostolorum nemo nescit. Alter dicitur Jacobus Zebedæi à patre, Maior propter ætatem. fuit pater Euangelistæ Ioannis, eius mater fuit Salome. Nam quam Matt. 27. 56. vocat matrem filiorum Zebedæi, idest, Jacobi, et Ioannis, Sanc. Marc. 15. 40. dicit Salomem. Hic primus Apostolorum occisus est ab Herode. Act. 12. 2. Alter de quo hic mentio facta est. Jacobus Alphaei vocatur ab Euangelistis à patre Alphaei, dicitur Minor, quia iunior erat. Mar. 15. 40. Iustus etiam ob singularem sanctitatem, Author fuit epistolæ catholice. Iacob. 1. 1. et primus Ierosolymorum episcopus Hieronymo testante de scrip. ecclesiast.

Frater Domini appellatur, quia filius fuit Mariæ Cleophae, quæ Ioan. 19. 21. soror dicitur Mariæ matris Domini. Maria enim Jacobi, et Iose, et Maria Cleophae eadem erat, quæ à viro Cleopha, à filiis vero Jacobi, et Iose appellabatur. Cleopha autem Jacobi patri cognomen fuit Alpheus. Ita sentit Mald. Matt. 27. 56. et 10. 3. Maria vero Cleophae, non quia filia Anne auis Christi; sed quia nupta Cleophae, dicta est soror Mariæ matris Domini. Cleophas enim frater erat Iosephi sponsi Virginis Deiparae. Quod testatur Egesippus lib. 5. suorum comment. et cum eo Eusebius, Epiphanius, Theodor. Beda. Theophilus. Euthymius. Georg. Cedrenus, quorum testimonia refert Castro in Hist. Deiparae. C. 1. n. 10.

Si fidem habemus ijs, quæ Baron. refert ex Damasc. et Epiphani. Joachim pater Virginis fuit patruelis eius sponsi Iosephi, siquidem Barpantser Pater Joachimi, et Jacob Panther Pater Iosephi, filij erant Pantheris fratris Melchi. Hic vero Melchi ex uxore Matham iam vita functi genuit Heli fratrem uterinum Jacobi, et legalem Patrem Iosephi. Porro Melchi, et Panther filij erant Lewi; erat autem Melchi ex stirpe Nathan, sed Mathan ex Salomonica. Hinc constat Iosephs patrum fuisse Virginis. Quod maxime decebat ut custos eius esset. Si vero quod alij volunt, quos sequitur Castro in arbore genealogia Heli fuit cognomen Joachimi, patruelis erant Ioseph, et Maria. siquidem Heli, et Jacob fuerunt uterini fratres, pater enim Heli Mathat. de stirpe Nathan, et Mathan pater Jacobi eandem = Successiue uxorem Sabuerunt Esthan nomine

Theoria celebris.

Quomodo Jacobus Apostolus dicitur frater Domini!

Theoria celebris



Diuisio Apostolorum in Prouincias

Jacobus Maior quis?

Matt. 27. 56.

Marc. 15. 40.

Act. 12. 2.

Jacobus Minor.

Mar. 15. 40.

Ioan. 19. 21.

Mald.

Matt. 27. 56. et 10. 3.

Egesippus.

Eusebius. Epiphanius. Theodor. Beda. Theophilus. Euthymius. Georg. Cedrenus.

Castro.

Baronius.

Damasc.

Fulsius.

2

Quarunt sic interpretes de Jacobo, cuius filius fuerit? Quis frater Domini nominatus? et an fuerit ex numero illo sacro duodecim Apostolorum. Id autem sunt Sac de ~~multa discrepantes sententia, in quod valde aliqui credebamus manifestum, ac sine con~~ trouersia, illis in medium prolatis, nimis incertum, ambiguum que videre possit. Quapropter breuitati studens, id dumtaxat hic explicandum curabo, quod satis sit ad presentem locum, si non prodigitate, tamen pro facultate explanandum.

Primo dubitare non licet, Xpum Dominum unigenitum fuisse Beatissimae Virginis Mariae filium; quem virtute obumbrante altissimi Virgo concepit, et Virgo peperit, cuiusque post partum semper Virgo permansit. Vicitur autem Primogenitus. Matt. 1. 25. et Luc. 2. 7. non quod post eam alius, sed quod antea eum nemo genitus est, ut ex Hieronimo explicat Mald. locis citatis. Huncque esse verum scripturarum probat, ut unigeniti primogeniti dicantur. ut Exod. 4. 22. Deus vocat populum Israel primogenitum suum, cum alium non haberet; et Paul. Heb. 1. 6. Primogenitum Dei, pro Unigenito, Xpum appellauit.

Hinc colligo Jacobum non fuisse, neque esse potuisse fratrem Xpi germanum, seu naturalem, iureque anathemate inustos Hæreticos Antidicomarianitas, Heluidium, et nostro seculo Lucam Stemberger cum alijs nouatoribus, qui contrarium ausi sunt impiè atque impudentissime dicere, notam inuidentes Dei genitricis perpetuae Virginitati, et Xpo Domino iniuriam inferentes. Hæc nos breuius attingimus, disputata Latius. Vide apud P. Quar. 3. p. 2. s.

3.

2^o etiam pro certo tenendum Beatum Iosephum Spemum Virginis Virginem similiter fuisse, neque illos habuisse filios unquam, neque ante Beatam Virginem, aliam habuisse uxorem, licet contra opinati sint multi ex antiquis Patribus, quos refert P. Quar. citata disp. sect. 4. Hinc constat neque i deo Jacobum Quæ potuisse fratrem Domini secundum existimationem hominum, quod fuisse filius s. Ioseph, siquidem hic s. Pater nullos unquam filios procreauit; sed Virgo, ut custos Virginitatis semper fuit. Auctores suius sententia affert P. Quar. cit. supra Bedam, Theodor. Anselmum, D. Thom. Rupertum, Gordonem, Lipomanum, Hier. Aug.

4.

3^o maxime consentaneum est rationi, quod ego vixissimum iudico Beatæ Annae, atque s. Ioaquimo unigenitam fuisse Xpi matrem B. V. Mariam; quam aetate iam valde prouecti, id est, fere sexagenarij, ex diuina promissione, ac munere post diuturnam viginti annorum sterilitatem, et frequentes preces, et lamosynas, atque ieiunia susceperunt, ut multi graui aut sores tenent, quos citat P. D. Morales, lib. 1. trac. 6. inter quos numerandi sunt PP. nostræ societatis M. Camisius, Quar. Ioan. Fernandez, Barrad. Castro, et Sorum omnium P. primus Melphonsus Salmæ. Ex alijs recensentur antiquiores Tathymius, Theophilus, Gregor. Niss. Episc. recensiores vero theologi Cytobæus, Jacobus Faber, Melchior Canus, Bartho. Medina, Jansemius, Sypomanus, Baromius, item multi, ac pere omnes interpretes apud Matt. 1. c. 1. supponunt ad Genealogiam B. V. declarant eam eam fuisse unicam hæredem parentum suorum Ioaquimi, et Annæ.

Vnde



Jesus Xpi
Dñus, primo
genitus atq
unigenitus
B. V. Mariæ
Matt. 1. 25
Luc. 2. 7
Maldon
Hieronim
Exodi 4. 22
Hebræo
Hæret
explodit
inuenit
Jacobum
manum
Suarez
S. Ioseph
nit. dem
Jacobus
lus non
Ioseph
Virginit
B. V. M
Vnica fil
ss. Annæ
Ioaquim
Doctor M
Peregr
Ioaquim
Ios. Cam
Barom
Salmæ
Fulvius
nud. Ep
Cytobæ
Ber. Can
Medina
Sypoman
Barom

5.

Vnde colligo tquam improbabilem, ac sine fundamento, omnino rejiciendam esse opinionem de tribus viris, tribusq; filiabus s. Annae, quae omnes appellarentur Maria. Haec enim opinio ex Gloss. Ord. super C. 1. ad Galat. V. 19. (quem nunc exponimus) propagata est, et fere communiter ac vulgo recepta est. Sed illam sic etiam rejicit D. Thom. sicut et illi omnes quos modo nominavi. P. D. Franciscus Xuares, contra hanc opinionem validissima argumenta inducit.

Illud vero quod sumitur ab aetate satis indicat, neque Simonem, siue Simeonem, neque Jacobum, de quo loquimur, Episcopum utrumque Ierosolymorum, neque Joannem Evangelistam posse credi nepotes Beatae Annae, siquidem duo priores aetate grandiores Xpo ponuntur pluribus, Joannes autem vno tantum anno minor, quod nequid esse, si Sorores Beatae Mariae minoris ea fuerunt, ut ponit hac opinio. Nam Joannes mortuus est a natiuitate Xpi centesimo, cum ipse nonagesimum nonum tunc ageret, Jacobus Martyro coronatus est sexagesimo tertio Xpi, cum ipse attingeret nonagesimum sextum suae aetatis, Simon vero centum viginti annos natus martyrium subiit anno decimo Trajani, qui incidit in centesimum decimum Xpi.

Quod argumentum confirmat quod ex Cedreno in Compend. Hist. refert P. D. Morales Joachimum post natiuitatem Mariae matris Domini duodecim annos superuixisse cum B. uxore sua Anna; qui tandem defunctus est octogenarius, Beata autem Anna vnde octoginta nata annos l'iuuis excessit. Quid ergo ad secundas tertiasq; nuptias fere decrepita aduenit, et nouas proles enixa est. Alias rationes vide apud Sunc doctorem lib. 1. tract. 7. in cap. 1. Matthei.

Præterea nullibi neque in historia sacra, aut prophana, que auctoritatem habeat reperitur Salome Mater filiorum Lebedæi, quæ tertia filia ponitur, nuncupata Maria, imo neque uis habuit scriptura sacra, ut eodem nomine varia filia eiusdem matris nuncuparetur. Fuit itaque Joannes Evangelista, et Jacobus maior consanguineus Xpi, certe consobrinos eos fuisse, id est, sororis matris Xpi filios ostendi, probari q; non potest.

De Elisabeth facilius ostenditur fuisse consobrinam B. V. Mariae, atque adeo Joannem Baptistam, et Xpium in tertio fuisse gradu consanguinitatis; siquidem ut declarat P. D. Morales, Stolanus, et Emerentiana duas filias habuerunt, Annam, et Sobem (Esmeriam alij vocant) illa B. Mariae, hæc Elisabethæ mater extitit.

Quod si Martyrologium Romanum appellat s. Mariam salomem Octobris 22. hoc est 11. Calendas Nouembriis, secutum videtur opinionem Gloræ, quæ vulgò recepta aliquando fuit; quæ Ambrosium citans asserit s. Annam secundo nuptam Cleophae, ex eo peperisse Mariam Cleophae, quæ ex Alpheo habuit Jacobum fratrem Domini, tertio etiam nuptam Salomoni, ex eo suscepisse Mariam Salomem. Maurus Castella pro hac etiam historia citat s. Antoninum, Nicol. etiam Syram in Ps. 44. V. 9. in illa verba; filia regum in honore tuo. ait Inter mulieres, quæ vngere voluerunt Dominum in sepulchro fuisse Mariam Jacobi, et Mariam Salome, quæ fuerunt Sorores B. V. Mariae ex parte matris, atque omnes tres de stirpe regis David fuisse.

verum, et si ex his constet aliquando hanc opinionem receptam fuisse, nihilominus iam hoc tempore improbabilem iudicamus propter allata argumenta à doctorebus Xuares, et Morales, cum itaque Salome non habeatur, nec dicatur filia s. Annae

In probabilem opinionem s. Annae

S. Thomas Suarez

Simon, Jacobus, et Joannes cum gelitta non potest s. Anna

Aetate Joachimi, et Annae.

Morales

Salomonem quam appellata est Maria.

Mariae ca

Xuares Morales



Licet dicant et, Gloriosa, et Syria, et alij; ita non debet appellari Maria licet ydem dixerint, ut ostendit Iustus in Marc. c. 24. v. 41. Et Salome. quidam, inquit, Sane vocant Iustus Mariam, sed hoc nusquam legitur. qui id putant ex eo decepti videntur, quod putarent Salome esse genitricem casus, et ita dici Mariam Salome, sicut Mariam Cleophae. Unde nomen Mariae, quod praecedit ad Societiam vocabulum referunt, sed male: cum ex Graeco satis appareat non esse geminum, sed nominativum, nec a prioris voce dependere. Non enim ibi dicitur Τῶ σαλωμῆ sicut Τῶ Ιακωβῶ sed nudè σαλωμῆ, sicut nudè, quod praecedit Μαρια. omnino enim illud Τῶ, adiungendum erat, si genitivus esset. maxime cum intercessisset illud ΜΗΤΗΡ quod ad Salome non potest referri; et hoc modo omnes Graeci interpretati sunt. Pater Vincentius Regius hinc nostram opinionem tenet. lib. 4. c. 16. Theoria unica.

+ ΜΗΤΗΡ

6.

Quarto certò constat ex scriptura sacra, Jacobum episcopum primum Ierosolymitanum, qui Jacobus minor dicitur est, et frater Domini patrem habuisse Alphaum, matremque Mariam; quae à filiis nominatur Maria Jacobi. Marc. 16. 1. et Luc. 24. 10. Maria Joseph. Marc. 15. 47. Maria Jacobi minoris, et Joseph mater, Marc. 15. 40. et à marito Maria Cleophae, Joan. 19. 25. Bithomius nempe Pater, Cleophas Alphaeus nominatus. Vide Maldonatum inferius eadem confirmantem.

Vincentius Regius

Jacobus
ter Domini
filius Alphaei
et Mariae
Marci
Luc. 24. 10.
Marc. 15. 40.
Joan. 19. 25.

Haec veritas liquido constat ex euangelistis Matt. 10. 3. Marc. 3. 16. Luc. 9. 15. Act. 1. 13. inter duodecim Apostolos numeratur Jacobus Alphaei, nimirum filius, est enim phrasis Hebraea, ita etiam nominatur Jacobus Zebedaei, alter ex Apostolis, qui maior etiam appellatur, ut ab hoc distinguatur, qui minor dicitur non à dignitate (uterque enim Apostolus) sed ab aetate, quia iunior, ut ait Vincentius Regius, Flucid. in euang. lib. 4. c. 8. schol. n. 23. vel à tempore vocationis, quoniam post Jacobum maiorem vocatus sit à xpo, ut refert S. Hieron. Socloco, et Dionysius Carthusianus. vel (quod probabilius credo) quia compendiosius erat ut indicat Christus, et videretur sat inuicivatum, et per nomen τῶ μικροῦ id est parvi, ut transfert Erasmus, Alip. et piqueno.

Sancti
Luc. 9. 15.
Marc. 3. 16.
Luc. 9. 15.
Act. 1. 13.

Gaspar Sanchez. Act. 15. 13. citat Turrianum in Clement. const. lib. 6. cap. 12. qui negat Jacobum fratrem Domini Apostolum fuisse; istamen dicit communiter teneri fuisse Apostolum, qui primo Maij celebratur, ut probat Baronius in Martyrologio. Appellatio Maioris, et Minoris ab ecclesia semper tributa his duobus Apostolis (ut manifesta constat traditione) cogit nos credere tantum fuisse hos duos Jacobos inter discipulos xpi, ambosque Apostolos. Nam et his dumtaxat dies celebres assignantur officium Romanum, Minori nempe primum, Maiori verò 25. Julij. quae contra adducuntur Castro nullius sunt ponderis argumenta.

Gaspar Sanchez

Baronius

Praeterea Marci 15. 40. inter eas mulieres, quae à longe aspiciabant, recensetur secundo loco Maria Jacobi Minoris, et Joseph mater, et v. 47. rursus nominatur secundo loco Maria autem Magdalene (inquit) et Maria Joseph aspiciabant ubi poneretur, et iterum c. 16. 1. Maria Magdalene, et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata. Haec quae toties secundo loco nominatur à Marco, indicata est à Mattheo, cum dicit, Maria Magdalene, et altera Maria c. 27. 61. et c. 23. 1. dixerat enim prius, id est, c. 27. 56. inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Joseph mater, et mater filiorum Zebedaei Haec tertia appellata est à Marco Salome c. 15. 40. et c. 16. 1. sed nunquam invenies

Marci 15. 40. et 47. et 16. 1.

Maria m. Jacobi p. variè n. in ab eu. Mattheo. c. 27. 61. et 23. 1.

Handwritten initials or signatures at the bottom of the page.

appellatam fuisse Mariam, ut advertas errorem eorum, qui Sancta B. Anna filiam, et sororem Dei parce virginis tam sine fundamento crediderunt. Lucas etiam mentionem facit Maria Jacobi. c. 24. 10. Hec eadem vocatur Maria Cleopha. Joan. 19. 25. Stabant autem, inquit, iuxta crucem Jesu Mater eius, et soror matris eius Maria Cleopha, et Maria Magdalene. Obiter nota quae sint tres Mariae, nec requiras aliam, nam, ut dixi, Salome non est appellata Maria. Necessse est autem Mariam Cleophae esse eandem cum Maria Jacobi, et Joseph matre, siquidem ad dubitationem fugandam, cui Evangelista Joannes dedit cognomentum Cleopha, ut indicaret eius meritum, seu ut alij volunt, patrem, addidit appositum Sororis Virginis, quod notius erat; Nam et filij eius fratres Xpi Domini vocabantur, ut constat Matt. 13. et Marc. 6. 3. nonne hic (scilicet Xpus) est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? et fratres eius Jacobus et Joseph, et Simon, et Judas; et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Vbi Jacobus, et Joseph qui, c. 27. 56. dicti sunt filij alterius Mariae, sic dicuntur fratres Xpi, non tanquam filij essent matris eius, nempe Dei parce Virginis; sed quia filij essent Sororis matris eius, atque adeo consobroni; sed quam certa fuerit haec Judaeorum existimatio statim dicemus. Nunc solum probamus eandem esse Mariam, quae a Joanne dicitur Cleopha, et a Matt. 23. et Marco Jacobi, et Joseph mater.

Salome non vocatur Maria.
Lucas 24. 10.
Joan. 19. 25.
Marie. 2. et
Matth. 13.
Marc. 6. 3.

Matth. 13.
55.
Marc. 6. 3.
19. v. 2.
19. v. 2.

Maldonatus.

Supradicta confirmat noster Maldonatus IWS II, 114. Iose sic Jacobi, frater appellabatur Maria Cleopha, et Maria Jacobi, et Iose eadem erat. sed Cleopha a viro, Jacobi, et Iose a filijs appellabatur. Hic Jacobus erat Apostolus, qui et minor, et frater Domini, et Jacobus Alphaei appellabatur, aut sor epistole, quam ruano Sabemus, et primus Hierosolymorum Episcopus, et ex Matt. c. 10. 3. docuimus. Nam Cleopha Jacobi patri cognomentum erat Alphaeus. Nec Maldonatus Matt. 27. 56. Iustus etiam, propter singularem sanctitatem dictus. De eo multa Act. 15. 13. ordinatus a Xpo Episcopus, Hierosolymae praepositus, ab Apostolis Petro, Paulo, Joanne, et Jacobo.

Jacobus Minor.
Apost. et Episc.
Episcopus Hierosolym.
Iustus, et frater
Domini, filius
Cleophae Alphaei
et Mariae sororis
virginis Mariae
Dei genitricis
Maldonatus.

Conclusio de
Jacobus frater
Domini.

Ex dictis aperte constat Jacobo Minoris parentes fuisse Cleopham, qui Alphaei cognomen habuit, et Mariam, quae soror matris Domini dicta est. Constat etiam suum fratres fuisse germanos, seu naturales Iose, Simonem, et Judam. Demons- tratur a Castro in axaxe Genealogiae, quam subiiciamus, et nos paulo magis auctam. Constat praeterea fuisse unum ex numero duodecim Apostolorum, cum inter eos oblique nominetur; Sunc autem fuisse primum episcopum Iero- solymitanum, traditio docet ecclesiae Romanae; quae eius festum celebrat die pri- mo mensis Maii cum Philippi Apostoli festivitate coniungens, quod si hic non est Apostolus Jacobus Alphaei, quid de hoc Apostolo actum? Vbi praedicavit? Vbi conversatus est? quae eius in partitione provincia? Huius fratrem germanum se Judas Thaddeus nominat in epistola sua canonica VI. 1. quem propterea Lucas c. 6. 16. appellat Judam Jacobi, sicut et Act. 1. 13. Jacobus, Iose, Simon, et Ju- das, fratre Iesu Domini, compatriotas, ut pote nepotes Josephi ex fratre Cleopha. Sed fratres dicti quia cum ipso in domo Josephi educati, sicut et Josephus dictus est pater, sed non naturalis, sed existimatione, et opinione hominum. Ita Castro, magis, Xuares. Hic etiam Jacobus ex columnis ecclesiae fuisse dicitur a Paulo

Jude. 1. 1.
Lucas. 6. 16.
Act. 1. 13.
Castro.
Suarez.



sequenti. c. 2. 9. Vbi Jacobum numerat ante Petrum, ut minus, tanquam
coequalem in Apostolatam, et Ierosolymae episcopum, et in Soc. V. 19. (quem
exponimus) — planè de Apostolorum duodecim numero facit. Nomen
enim Apostoli antonomastice duodecim significat. quod verò hic etiam voce-
tur frater Domini, certum est argumentum esse eius filium, quæ dicitur Joan. 19.
soror matris Iesu, nimirum, Maria Cleopha. sicut etiam quod ex numero sit
duodecim, manifestè declarat esse filium Alphæi, et articulus, qui Græcè
additur τὸν Ἀποστόλων, imò relatiuum alium. eiusdem ordinis Aposto-
lum cum Petro iudicat, similiter particula nisi, quæ exceptionem ab ijs,
qui eadem regula contenti sunt. insinuat ita Salmeron hic. Aliæ enim
eius notæ cum alijs coniunctæ eundem esse manifestant.

8.

Solum restat explicandum cur Domini frater dictus fuerit, si qui-
dem neque matris Domini, neque Josephi, qui pater Domini putabatur,
ut ex dictis constat, filius fuerit, neque s. Amie matris Desiparæ, aut
Joachimi eius Patris nepos extiterit. sed huic quæstioni satisfactum erit,
si dicamus more scripturarum consanguineos, affines que solitos esse fratres
nuncupari. Abraham vocat Lot fratrem, qui filius fratris sui Aran fuit,
Saram etiam Jacob filium sororis suæ Rebecæ fratrem vocat. Tobias
uxorem Saram sororem vocat. Cum ergo Cleophas Alphæus frater fuerit
Josephi sponsi Virginis Desiparæ, qui uxorem habebat Mariam Cleopha
sive Jacobi, inde mater Domini sponsa Josephi credita est soror Mariae Cleo-
phæ, et filij Suis Maria, et Cleophae etiam crediti sunt fratres Domini, ac
sic vocati communiter. Ambr. sicut Josephus putatus Pater, ita Jacobus, et
alij cognati fratres Iesu, sed non admittendus, quod dicat Sas fuisse fi-
lios Josephi, cum fuerint Cleophae.

9

Sed dices cur Jacobus Minor potius quam alij Domini consangu-
inei, hanc sortitus sit appellationem. Ut frater Domini, solus et quasi
antonomastice fuerit nominatus. Nam et Joannes Baptista Domini
consanguineus erat, et Joannes etiam Evangelista, et Jacobus Maior:
imò alij filij Mariae Cleophae in eodem erant gradu sanguinis cum Do-
mino Iesu, atque Jacobus Minor. Respondetur alios filios Cleophae
et Mariae fratres Domini nuncupatos Matt. 13. 55. ut paulo superius
memorauimus: sed tamen non ita frequenter, ac communiter. Unde
de necesse est aliquid in Jacobo peculiare fuisse Suis appellationis
causam. Propter duo, inquit, s. Bom. Sic inter Christi consobrinos; Jacobus
Minor hanc fratris Domini appellationem obtinuit; primum quia oris
effigie simillimus Domino fuit; alterum quia vita nihil dissimilis: ut po-
te qui in se per seriam imitationem dominicos mores expresserit. Cum ergo
consanguinitati tam proxima, ut fraternitas existimata, credita, et nun-
cupata sit, oris similitudo, et morum, vitæque imitatio accesserit, meritò
fratris Domini appellatio singulariter Jacobo inter reliquos siue consanguineos,

+ Gradus consanguinitatis hunc omnium est ex nobis scripta.



Gal. 2
Joan. 25
Salme
Jacobus frater Domini quomodo
Consanguinitas
Ambr. 19.
Singulariter
S. Bom.
S. Bom.
S. Bom.

siue fratres existimatos, adhaesit. Hic notat S. Thomas sex modis appellari Fratres in scripturis sacris
 1. natura, ut Jacob, et Esau. Malach. 1. 2. 2. cognitione, ut Jacob, et Laban
 Gen. 29. 15. 3. gente, ut omnes Israelitae. Deut. 17. 15. 4. amicitia, ut Xpus,
 et Apostoli. Ioan. 20. 17. 5. religione, ut christiani omnes Gal. 6. 1. 6. Su-
manitate, ut omnes homines. Malach. 2. 10. Iacobus Minor non natura
 frater Domini, sed existimatione fuit. quippe cum eo educatus, et in eadem
 domo uenatus Joseph, quia uerus nepos natura. siquidem filius eius fratris
 Cleophae, et Mariae, quae propter affinitatem soror matris Domini dicta est, ut
 ipse quae nupta erat fratri sponsi sui. sic Theodoretus, Chrysostomus, Photius,
 Hieronymus, Theoph. Aug. Iustinus Salm. Xuar. Castro.

10.

Fuisse duos dumtaxat duos Iacobos Maiorem, et Minorem
 utrumque ex duodecim numero egregie probat, et argumentis in con-
 trarium respondet P. Alphonus Salmeron super surc locum. praeclare
 P. Franciscus Xuar. 3. p. disp. 5. tom. 2. Mariana super epist. Iacobi, ne
 dissidet Cornelius, nec Iustinianus, qui similitudinem corporis, morumque
 probant, sicut et Dionysius Sa, etiam Iacobum Minorem filium Alphi dicit.

11.

Hieronymi sententia dicta confirmantur

Placet hic Hieronymi commentarium subijcere, ut pateat non modo
 non aduersari ipsam nostrae sententiae, sed etiam eam confirmare, et noua
 ab per generalice intelligentia, atque interpretationis, sic dabet hoc loco, Memi-
 ni me dum Romae epistolam, impulsu fratrum Librum de Sancta Maria uirgi-
 nitate edidisse perpetua. in quo mihi necesse fuit de his, qui fratres Domini dicti
 sunt, diutius disputare. Unde qualiacumque sunt illa, quae scripsimus, his
 contenti esse debemus. Nunc hoc sufficit, ut propter egregios mores, et
 incomparabilem fidem, sapientiamque non mediam, frater sit dictus Domi-
 ni, et quod primus ei ecclesiae praesuerit, quae prima in xpm credens ex
 Iudeis fuerat congregata. Dicuntur quidem et ceteri Apostoli fratres domi-
 ni sicut in euangelio; Wade dic fratribus meis, wade ad patrem meum, et ad
patrem vestrum. et in Psalmo; Narrabo nomen tuum fratribus meis etc.
 Sed praecipue hic frater dicitur, cui filios matris suae ad patrem uadens
 Dominus commendauerat. et quomodo Iob, et ceteri patriarchae dicti sunt
 quidem famuli Dei, sed quasi egregium quiddam Moses Sabuit, ut scri-
 beretur de eo. Non sicut Moses famulus meus. sic et B. Iacobus frater domi-
 ni specialiter (ut ante diximus) appellatus est. quod autem exceptis duo-
 decim quidam uocentur Apostoli, illud in causa est, omnes, qui Dominum
 uiderant, et eum postea predicabant, fuisse Apostolos appellatos, ut ad
 Corinth. scribitur Sis uerbis; qui uisus est post haec illis undecim, deinde
uisus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multima
nent usque ad huc, quidam autem dormierunt, deinde uisus est Iacobo, deinde

12.

13.

S. Thomas.
 Fratres quot
 modis appellen-
 tur.
 Malach. 1. 2.
 Gen. 29. 15.
 Deut. 17. 15.
 Gal. 6. 1.
 Mal. 2. 10.
 Theodoretus.
 Chrysostomus.
 Photius.
 Hieronymus.
 Theoph. Aug.
 Iustinus Salm.
 Xuar. Castro.
 Iacobi duo
 tantum.
 Salmeron.
 Xuar.
 Cornelius.
 Iustinus.
 Dionysius.
 Sa.

Hieronymus.
 De uirginitate
 perpetua
 Mariae.

1. Corinth.
 5. 6. 7.
 Iacobus uisus
 est xpi in
 resurrectione.




Apostolis omnibus Paulatim vero tempore procedente, et alijs ab his quos Dominus elegerat, ordinati sunt Apostoli, sicut ille ad Philippenses sermo de Philipp. 2. 25. clarat, dicens; Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem cooperatorum, et commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, et miris trium necessitatis mee mittere ad vos. et ad Corinthos. De talibus scribitur; Sive Apostoli ecclesiarum in gloria Dei. Silas quoque, et Tullas ab Apostolis Apostoli nominati sunt. Unde vehementer erravit, qui arbitratus est Jacobum Simeonem de Evangelio esse Apostolum fratrem Joannis, quem constat post Stephanum iuxta fidem Act. Apost. sanguinem fuisse pro Christo. Hic autem Jacobus episcopus Hierosolymorum primus fuit cognomento Justus, virtute sanctitatis, et rumoris in populo, ut fimbriam vestimenti eius certatim cuperent attingere. Cui et ipse postea de templo precipitatus successorem habuit Simeonem, quem et ipsum tradunt pro Christo crucifixum. Negat se itaque praeter hos quemquam Apostolorum convenisse, ne ocula contradictio nasceretur, etiam si a Petro non es edoctus, alios habuisti Apostolicos praecipuos. Non vidit autem eos, non quod contemptui duceret, sed quod illi ad Evangelium praedicandum toto fuerant orbe dispersi. Haec Hieronymus, qui probant etiam Iustinianus, et Cornelius, negant vero Jacobum fuisse ullum alium, qui post hos tertius nominetur. quicquid scriptum sit in Gloria super Epist. Canon. Jacobi paulo post principium.

2. Corinth. 8. 25. Silas, et Tullas Apostoli nominati
 Jacobus filius Mari
 Martyr post Stephanum
 Act. Apost. 12.
 Jacobus filius Alphaei
 de orbe in Syria praedicavit
 quod dicitur in Epist. ad Titum
 Simeon episcopus secundum scripturas crucifixus
 Cur dicitur
 Ius nominatus
 a se videtur
 colorum vestimentorum
 Iustinianus
 Cornelius
 Non fuit Jacobus alius praeter istum.

14.

Hinc ut videtur non negat Hieronymus Jacobum fratrem Domini esse de numero duodecim, potius affirmat, licet alios praeter duodecim Apostolos appellatos ostendat, vel quod viderint Dominum interris agentem, vel quod ordinati postea fuerint ab Apostolis primorum electis a Domino, sed illud Simeon colligi potest ex Hieronymi interpretatione nullum neque ex duodecim, neque ex alijs Apostolis vicium a Paulo Hierosolymis illa tempore praeter Petrum, et Jacobum fratrem Domini primarios ambos inter Apostolos duodecim. Cuius propterea velut de hoc Apostolo Legat Iustinianum in eius Epist. can. Legat praeterea Dacam qui non Jacobi suus, sed patrii nostrae Hispaniae militum praebare eam epistolam esse. quod assumptam evicisse, sed red. Tamaris anguamentis Tamaris in defensione Flavi Dextris, quem suadeo ne gratiam legere.

Jacobus frater Domini de numero duodecim
 Apostoli
 Tamaris





IHS
IXOIS

Joanes
Apost.

Jacobus
maior
Apost.

S. Seru-
nus epus
copul.

Thoma-
sim cu
Pabulo

S. Salome
cum Zebe-
dæo.

Jose-
phus

S. Maria
Mg. ep.

Emilia
cum
Emilia

S. Simon
Euzary

Joannes
Baptista

Maria

Judas
Apost.

Elisabe-
thi

Thudam
Joana



Jacobus
minor
Apost.

Cleophas
cum Maria

S. Joseph

HELI
hic est
JOACHIM

Anna

Emilia
cum
Aprano

Jacob.

Mathias
cum Estha

Sto Janus
cum
Emeronia

Mathan
cum Estha

Nathan

Salomon
Rex

David Rex



TEXTUS.

V. 20. Qua autem scribo vobis, ecce coram
Deo, quia non mentior.

Scholia.

1.

Quoniam ex hac narratione veritas pendebat eorum, quae Galatis probare contendit Apostolus, non nisi iuratus, ea, quae sequuntur, grauiam quidem, recenset. ita Corne- ^{Cornelius}
lius, et Seripandus, Verum secundum S. Thom. iure iurando dicta confirmat. Secun- ^{Seripandus}
dum S. Ambros. dicenda praemunit. Ambrosio assentitur Legionensis; quia quae ^{S. Isidorus}
de se, ac Petro infra dicit, videri possent creditu difficilia. Syranus ad praedicta ^{Ambrosius}
et dicenda iuramentum refert. S. Hieronymus magis late sumendum vult, quae ^{Legionensis}
cumque in epistolis scripta aliquando vera esse vniuersaliter asseuerans. Quam ^{Syranus}
quam Iustinianus, nimis curiosè, inquit, Hieronymum explicare; et minus pro ^{S. Hieronymus}
Apostoli simplicitate decenter; qui asserat omnia sua scripta Dei esse digna cons-
pectu. sed certè ita posse accipi, accommodarique Apostoli verba, ipse met etiam
Iustinianus fatetur. Nec aliud voluit maximus Doctor. Satis enim certum erat pra-
sens iuramentum presenti epistolae convenire, quod vult Iustinianus. ^{Iustinianus}

An verum iuramentum protulerit Soc loco Apostolus dubitari posset? Nam ^{S. Basil}
si attendas translationes ex Graeco, Syriacam, Erasmicam, Sanchispagnini, ac Va- ^{Vatani}
tabli, vix apparet iuramentum. Vulgata caeteris congruentior videtur. dum
vertit; Coram Deo, et Soc tam Graeci, quam Latini expositores esse iuramentum
fatentur. Cui vero iurauerit in presenti Paulus, rationem exhibent. S. Augustinus, ^{S. Augustinus}
iurat utique, inquit, et quid Sac. duratione sanctius? ad quam cogit in credulitas
eorum, quibus iuratur. S. Thomas, Non ergo Leuitas (inquit) sed necessitas extor- ^{S. Thomas}
sit iuramentum. Chrysost. Cum. Theoph. Ita acriter, inquit, pugnat, ut
fide dignus habeatur; ac si ad tribunal iudicum causam dicens periculum gra- ^{Chrysostomus}
uissima subiret perire, timeretque technis pseudoapostolorum conuinci, non Xpi
Domini, sed Apostolorum fuisse discipulum. Graecos sequuntur Dionysius, et ^{Dionysius}
Caietanus. Agnoscit verò Chrysostomus hic modestiam Apostoli, qui ita se dimi-
ttat, quasi rei personam suscipiat. Maioris enim auctoritatis est, cui abique ^{Ambrosius}
iuratione creditur. Ambros. cui Sacer. Claud. in utilitatem, inquit, et profectum ^{Claudianus}
credentium, siue ecclesiarum, Soc est charitate commotum iurasse.

2

Huius versiculi duplicem affert expositionem Hieronymus, vel ^{Hieronymus}
simpliciorē ita. qua scribo vobis vera sunt, et Deo teste confirmo, quia in
illa arte verborum, nulla sunt fucata mendacio. (sic explicuit vim Gra-
eci verbi ψευδομαί, idest, falso, frustra, mentior; atque indirecte pseu-
doapostolos videtur carpere, et sigillare) vel altiorē sic. Qua scribo coram
Deo sunt hoc est Dei digna conspectu. quia scilicet non mentior. Non enim
essent coram Deo, si mentirex, cuius oculi super iustos, qui avertit faciem
suam à conspectu impiorum. Hoc coactus, ait Erasmus, sed antiquitati con-
donandum.

§

que

meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum. Et Philipp. 1. 8. Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam vos in visceribus suscipi. Et 1. Thesal. 2. 10. Vos testes estis, et Deus quam sanctè, et Justè, et sine querella vobis, qui credidistis, fuimus.

iurandi regula.

Beda ex Aug. in ser. ep. Jac. 5. quantum ad me pertinet non iuro, sed quantum mihi videtur magna necessitate compellitur, cum video, nisi faciam, non mihi credi, et eis qui mihi non credit, non expedire, quod non credit. Hac perpensa ratione, et consideratione librata cum magno timore dico, coram Deo, aut testis mihi est Deus, aut scit Christus, aut scio sic esse in animo meo.

Beda. Iurandi

§ 2. Digressio de iuramenti religione

P. Salm. ex hoc Apostoli iuramento colligit non esse declinandam iuramenti religionem tamquam perse malam, siquidem Apostolus, quoties rei gravitas poscit, eam assumit. Addit P. Justinianus olim non desisse ex Ethnicis, qui christianos accusarent, quoniam præter Evangelium præceptum iusiurando non nunquam uterentur. quod multo post emulati sunt Vualdenses, Vuicleph, Anabaptista, negant que fas esse christiano quicquam iuramento confirmare. sed magis mirandum ex Patribus antiquis fuisse, qui iusiurandum perse malum esse affirmarent, ut Basil. serm. 1. in Ps. 14. Chrysost. Matt. 5. et Hom. 17. ad Pop. hom. 15. Gen. Hom. 9. in Act. aut ser. imperfecti Hom. 17. in Matt. 5. ibidem Hieronym. Theophy. Fulg. et 5. Ps. 14. Occum. Iacob. 5.

Salmern. Iuramentum religio declinandum Justinian.

Hereticis contra iuramentum licitum. Vualdenses Vuicleph. Anabaptista.

Patres, quos sententiæ vere.

Sed communis Theologorum schola auctore Augustino docet iusiurandum non esse, quasi perse malum, Evangelij præcepto damnatum, id verò expressum est in iure canonico C. Omne. C. non in nouo. C. ut noueris 22. q. 1. sed solum prohibetur, quia præbet occasionem ad malum, ut affirmat Innoc. C. et si Christus iniure iurando. Illud verò, quod affert August. interpretans Christi verba, quod amplius est, à malo est, id est, ab infirmitate, et incredulitate eius, qui te ad iurandum impellit, ita vult intelligendum, ut nomine mali. Nam non intelligatur, siquidem Gra. est. πονηρόν, simentas enim Somines mendaciam, cuius pater, et causa hic malus, siue malignus est, iuramentum extorquent à malo, id est, à diabolo instigante ad sepe, vel temerè iurandum.

Augustinus et schola theologorum.

Ius can.

Innoc.

August.

Diabolus seu malus.

Instigatio mali.

Basilium Soletus sano modo intelligendum dicit, Rom. 1. idemque dicit potest de cæteris patribus, non ita frequenter licere christiânis iuramento uti, sed raro, et magna ex causa, hocque præceptum dumtaxat à Christo Domino Matt. 5. Non iurare omnino infrequenti locutione, vel sine debitis circumstantijs, ut notat Hugo Cardinalis, vel ne assuetus iurare periurium committas, quæ est Augustini explicatio, quod autem amplius est ab est est, non non à malo est, vel culpe, quam qui non credit, cum debet, admittit, vel pena, quæ inest ei, qui vix, aut difficulter se accomodat ad credendum. Ita Hugo Card. secundum doctrinam Augustini, quam omnes complectuntur communiter in hac parte.

Soletus.

Matt.

August.

Syr. hio.



Malcom...

Maldonatus in Matts. 5. 34. licere, inquit, xp̄tiano iurare ubique quando, et qua ratione oportet, et perpetuus ecclesiae usus, et sanctorum exempla docent. Quid ergo xp̄s prohibuit. non iurare omnino, ipse explicat, neque per caelum etc. id est nulla forma, nullo modo, quod similiter docuit Jacob c. 5. v. 12. Nolite iurare neque per caelum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. non tamen prohibet ullo tempore, ullo ve casu iurare. Corrigit nimirum dominus pravam iudeorum consuetudinem iurandi per creaturas, ut patet ex Matts. 23. 16. et sequent. Item que irreuerentiam iurandi etiam verum sine necessitate, Sac itaque duo continet particula Omnino qua explicatur praecipuum. 1^{um} non assumes nomen Domini in vanum. siue frustra, et sine causa. Quod frangitur etiam iurando per creaturas Dei, et sine necessitate verum iurando. Expressit igitur xp̄s, quod non satis in lege expressum erat.

Catharinus manifestum hic dicit iusiurandum, improbandam que vult haereticorum superstitionem, nusquam licitum asserentium, cum tamen sit opus religionis meritorium, quod ex charitate elicitur, sed iustum, ut sit quatuor exiguntur. 1. Gravitas, ne ad minima adhibeatur Deus in testem. 2. Veritas, ne ad mendacium probandum, ipsa met veritas Deus advocetur. 3. necessitas, quae a malo est, cum aliter, quod verum est, non suadetur facere. 4. Religio, ut solus Deus glorificetur per quem iuratur, ipse enim creditur adiutor, et testaturus comprobanda veritati.

Haec ad tria reduxit Propheta cum ait; Et iurabis, vivit dominus in veritate, et in iudicio, et in iustitia. Hier. 4. 2. veritas omne mendacium explodit, in odium levitatem expellit; religionem, et patriam accersit, iustitia denique proximi necessitati studet, et iniuriam procul amandat.

Versus hic 20. quasi parentthesis interiectus est quare ad narrationem rediens subdit Apostolus.

TEXTUS.

V. 20. Deinde veni in partes Syriae, et Ciliciae =

scholia.

Postquam Petrum Ierosolymis convenit familiariterque eius commercio usus est, profectus inde per regiones Syriae Evangelicum semen spargens pervenit primum Cesaream, post Tarsum, ubi natus est. cum enim in animum induxissent Iudaei, qui erant Ierosolymis, occidere Paulum, cuius disputationibus reluctari nequibant ille, et xp̄o Domino monente, ut patet Act. 9. 29. et fratribus auxiliantibus Ierusalem reliquit. Venit que primum in nobilissimam Palaestina urbem Cesaream, qua Philippi dicta erat, indeque primariam civitatem, seu caput Ciliciae Tarsum petijt nimirum ut ait Interic. ut predicaret xp̄um, quod ipsum per visum moritus fuerat, (ut iam dicere capi) Act. 22. 21. Partes. Graec. κλιμα]a, Erasmus Plagas, alij fines, Syriaca, regiones.

Syria. Asia provincia. Adeo late patet haec provincia, ut ab oriente Euphrate fluviu, ab occidente mari mediterraneo, et Aegypto terminetur, a meridie Arabes,



Maldonatus
locum illud
5. explicat
Lactantius
Interim
quomodo
iuratur
Matt. 23.
Prophetas
2. 7.
Catharinus
Iuramenti
conditiones
Hieronymus
4. 2.
Interim
Act. 9. 29.
Interim
Act. 22. 21.
Syria descriptio

ab septentrione partem Capadocia, et Ciliciam (Oequia infra) attingat. Vulgo nunc Soria nominatur. Partes siue regiones Suius sunt Idumaea, Comagene, Syria, Cele, Samaria, Phenice, Palestina, Iudaea. Ciuitates praecipue Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botrys, Trypolis, Byblus, Seleucia, Caesarea, Damascus. Haec Ptolomeus lib. 5. et Plinius infra. Si Iudaea Syriae pars, quomodo dicit Paulus uenisse se ex Aersolymis in partes Syriae: si sub intelligas in reli quas partes Syriae ablata est dubitatio, imo ita benedicitur Hispali qui profectus in partes Bethicae.

Soria
Ptolemaeus
Plinius
Dubium
Iudaea

2. Cilicia. Vulgo nunc Caromania regio minoris Asiae Syriae contermina, ab oriente Amano monte clauditur, a septentrione Tauriugis cui monti subiacet; ab occidente Pamphiliam Sabet; Tarsos ciuitas metropolis, quam Cydnus fluius intersecat, in hac ciuitate noster Apostolus se natum dicit Act. 22. 3. Plinius lib. 5. c. 27. de Cilicia loquens, Intus inquit Tarsos; et inferius Cydnus Tarsum liberam urbem procul a mari secans. Hieronymi interpretatio symbolica est, Syria Hebraice interpretatur excelsa, siue sublimis, Cilicia uero uocatio lamentabilis. Itaque qui Aersalem, id est, pacem uidit, per excelsa, et sublimia transit, ut ad laetitia penitentiae uocet, et trahat, quos natura, et caritas sibi conduxit. Non dubium ex Hieronymi sententia, quin Paulus ideo per has regiones peregrinando discurreret, ut eas luce collustraret Euangelij; sicut iam superiorius diximus. Ita Acumenius nam ad gentes missus fuerat, nec supra alienum fundamentum uolebat aedificare. Chrysost. Theoph.

Cilicia
deser
Act
Plin
Hier
m
p
c
Pro
nem
C
Ch
Theoph

Textus

V. 22. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudae, quae erant in Xpo.

V. 23. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequabatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.

V. 24. Et in me clarificabant Deum.

Connexio, et argumentum.

1. Legionensis 21. um uersum ad absoluendam narrationis seriem additum dicit, superioribus uero nequit hos, qui sequuntur. Tria enunciat.



1^m se incognitum facit. V. 22. 2^{um} fama notum. V. 23. 3^{um} materiam exhibuisse Xpianis Deum laudandi. V. 24.

Scholium in V. 22.
Ignotus in V. 22. *Scholium.* Primasius. Notandum quod post triennium vidit ignotos. Ignotus facie. Prouerbialis locutio. notat Trexo.

Ecclesijs Iudæa. non solum Ierosolymis, sed cæteris locis, quæ transibat.

Videtur enim de itinere suo hæc dicere, ut notat Caiet. Notat etiam August. multam iam tunc segetem Xpo allectam; siquidem non una, sed multæ erant per Iudæam ecclesijs colentium Xpi fidem. Occum. intellexit de ecclesijs, idest, congregationibus Iudeorum conuertorum ad Xpium, quæ sparsæ erant per Syriam, et Ciliçiam. sequitur Arboreus. Legionensis de ipsis ecclesijs Ierosolymorum intelligit, coniungitque cum eo quod præcessit, mansi apud eum diebus quindecim.

Prim. qui tunc seorsum ex Iudæis erodentes suas ecclesias habebant, ne his qui erant ex gentibus miscebantur.

Quæ erant in Xpo. per fidem, et charitatem coniunctæ. Dionys. Cartb. Græ. τὰς ἐν Χριστῷ, quæ in Xpo subaudi, sunt, vel erant. Frasm. vult, in Xpo. idest, infide, et religione Xpiana. sensus hic est. Christianis in Iudæa congregatis vultu non eram notus.

Theoria circa V. 22.

Ignotus facie. si defacie Paulum Iudæi non nouerant, ergo falsò dicunt impostores illum Iudæis circumcisionem prædicasse, Iudæis inquam, qui in Xpium crediderunt. Occum. Chryst. Theoph. Ambr. Adam. Item si neque Petrus, neque Iacobus, neque alius Apostolorum eum docuit, quis ergo. numquid Summior: atque illum ne defacie quidem norant, aut qui ipsi doceri indigebant, quomodo, aut quando docuerant. Idem Occum. S. Thom. Adam. Hieronym. Anselm. Bruno.

Hieronymus ad alit sine confirmari, quod ante tetigit, exiguum adeo tempus in Iudæa fuisse, ut nec defacie illum Iudæi nossent, quare neque ab illis doceri potuit, nec prædicare eis.

Scholium in V. 23.

V. 23. *Fantrum autem auditum habebant.* Hoc dum taxat audierunt, sic apud illos rumor erat solum sparsus. Græ. ἀκούεις ἡβαν Frasm. et Beda reddunt, *audientes erant.* *auditum eis erat.* vel *audiebant quoniam.* Hellenis mens est, nam latinè elegantius omittitur hæc particula, qui persequabatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem. non solum profitetur, sed etiam prædicat euangelium, ac fidem quam aliquando expugnabat. supra explicatum est V. 13. 14. quod verò ibi dixit. *persequabar ecclesiam.* Sic nos, ibi, *expugnabat ecclesiam.* Sic fidem, ut scias idem esse ecclesiam, fidem, aut fideles persequi in Xpium, ut ipse testatus est Act. 9. 9.

Theoria in X. 22

De laude Pauli Apostoli.

Fama, non tam ficti, prauique tenax, quam nuncia veri. Soc loco. Forte dicitur, quod de Salomone quondam 3. Reg. 10. 7. nunc de Paulo



visisti famam virtutibus tuis. quibus fama. Perrequebatur nos et quae virtus
 fama victrix. nunc prae dicitur fidem incomparabili studio, longe maiore fa-
 re, quam olim ecclesiam de populari sit conatus. una viam, aut alteram im-
 pugnavit ecclesiam, in nuntius autem erexit, ab Ierusalem usque ad Illiri-
 cum replens omnia euangelio xpi, vno dictus orbis doctor, et totius ecclesiae
 catholica pastor, qui vniuersum mundum gentis ecclesiam aggressus fuit. Et in
 tempore tantummodo notus in Iudea Dominus Iesus xpus, et magnum in
 israel nomen eius, et propterea in me glorificabant Deum. dicentes, noster es
 an aduersariorum. nequaquam, sed sum princeps exercitus domini. Iosue 5. 14.
 Quid noui accidit saul filio is. Num et Saul inter prophetas. Num et praedo
 inter domesticos, lupus inter agros. pinnaculus inter columbas. Propterea, inquit,
 in me glorificabant Deum. ex Irezo.

Maior est
praesentia, et
ratia, quae
rumoribus
auditis

P. 55. 2

Iosue

Saul

Irezo

Commendat hic Chrysostomus apostoli modestiam, quippe qui multa cum ex
 aggeratione male alta prius vicia demerita referens, qui ad splendorem sui fau-
 uis breuissime praetercurrat, vno fere verbo laudum immensum pelagus pra-
 ueruectus. Hoc autem bonum dei gratia fuisse confirmat.

Chrysostomus

Paulus

Paulus

Scholium in v. 24.

Et in me, id est, propter me, vel propter beneficia gratiae mihi a deo collata. Deum glo-
 rificabant, glorificabant. Hieronymus. Amoros magnificabant. Beda ex Augusti-
 epist. ad Vitalem, id est, magnificum praedicabant, laudantes, gratiasque agentes
 eius summa bonitati, qui de infenso hoste defensorem, acerrimum fidei effecerat,
 et ipsos persecutore conuersio maxima molestia liberasset. Haec Ambrosius
 Arboreus. De re difficili grande miraculum, (inquit Prim.) clarificabant Deum,
 qui solus potest de persecutore apostolum facere. Eadem fere Iosue. cum admiratione
 inquit, auctori meae conuersionis Deo laudem tribuebant, et gloriam cum magna clari-
 tate. In me, id est, consideratione praedicationis meae, exemplo meo praedicebantur
 ipsi, ut xpm etiam praedicarent. Ansel. Clarificabant Deum, non aliquem praeco-
 porem, qui me obcesset. Ocum. schol. in eundem.

Arboreus

Conuersio

peccatoris

miraculum

Iosue

In me clarificabant Deum, finem non posuit in laudem suam, sed in laudem
 Dei, secundum illud Matth. 5. 16. sicut luceat lux vestra etc. At quantum ad ipsum perti-
 net, vastator ecclesiae, persecutor, inuidus, malignus, ipse confitetur, nos non conuicia
 mur. Amat Paulus dici a nobis peccata sua, ut glorificetur ille, qui talem morbum
 sanauit. Magnitudinem enim vulneris manus medici secuit, et sanauit, vexilla
 de caelo prostravit persecutorem, et erexit praedicatorum; occidit Saulum, et viuificauit
 Paulum. Beda ex Augustino.

Matth. 5.

Humilis

Paulus

Beda

Ex charitate fraternae gratias Deo retulerunt pro mihi data gratia, et beneficijs con-
 cessis, et in me famulo eius Deum honorabant. Laudando potentiam, atque clementiam,
 quatenus potenter, clementerque me conuertit, et gratia votis cumulauit. ex Dionys. Cartis.

Dionysius

Cartis

Gloriosus fuit Paulus dum idem, qui antea hostem agnouerant, illius praedica-
 tionis encomiastae sunt, ac laudatores. At multo gloriosior, quod de ipsius benefac-
 tiis summa in xpm, et Deum Patrem gloria redundet. qui per Spiritum Sanctum
 suum talem tantumque fidei athletam ex viro, atque insano oppugnatore perfecit;
 supinum in pastorem sua dextera repente mutauerit, et bestiam agri, et draconem
 scilicet immanem ad se confitendum, glorificandumque conuerterit.

Paulus

uoxio

gloria

Commendat hic s. Chrysostomus apostoli modestiam, quippe qui multa cum ex
 aggeratione male alta prius vicia demerita referens, qui ad splendorem sui fau-
 uis breuissime praetercurrat, vno fere verbo laudum immensum pelagus pra-
 ueruectus. Hoc autem bonum dei gratia fuisse confirmat.

Chrysostomus

Paulus

Humilis

Personae honores
tribuendos pro
pate dignitate
non habet.

Paulus nomine proprio; Apostolus cognomine dignitatis, ut, si quis
forte ob paruitatem & abiectionem significatam nomine mi-
noris & mandam eius personam arbitratus fuerit, ut propter cog-
nominis summam aut Seditatem, ipsum veneratione prose-
quendum intelligat; neque modo excipiendum, sed etiam au-
diendum cum debita externae reuerentiae demonstratione &
consuetis apud Dei pios cultores internae charitatis indicijs. Nam,
et si Corpore paruus, exiguus mentis, re ipsa modicus pusillus,
et omnium Sanctorum minimus, indignissimus, etiam propter ante-
rioris eius gesta muneris tanta, tanti culminis Apostolatus. Verum
tamen non idcirco, quod coelo annuente accepit, quod diuinitus
datum est, Apostolatus nomen (ut falsi contendunt fratres) negan-
dum est ei: quem non Somine, non Sumana ratio, sed ex-
celsi voluntas, atque insuperabile nomen ex Saulo Paulum, ex
Lupo agnum, ex superbo mitem, ex persecutore adiuuatum, ex
paruo, et paulo magnum, ac maximum grae suae dono creauit
Apostolum. Neque nempe Pauli Apostolatus Origo, non ab Ho-
minibus. Quoniam non ille seipsum, aut fauore precario, aut
armis violentis, et manu, aut fraude, ac dolo, pecuniaque
in adhibita, dignitatem inuadens, apostolum effecit: non
illum Sominum propria aut Seditas, ac potestas, quae sepe
usurpata, ac tyrannica, nunquam non Sumana, atque terrestri
est, in gradum ex tulit tam altae dignitatis. Non illi vulgus
imperitia, aut plebeculae indolentiae, nouitati quae auidae assiduae
appellatio, Congaque nuncupatio, Apostolatus indicat nomen, Neque
namque motus ad dignitatem, et Sonos gradus ij dumtaxat
ascensum sibi parant, qui non inuadunt per Ostium in Chriouum
ouilia, sed praeceptis sepius, per foratis muris, euerisa vema-

etiam

* Non ab hominibus



materia, a se non de aliunde non venitur, fure, latrone, ac
 pseudo prophete. quales vnam illi non fuissent, qui sub fucato
 pietatis specie simplicitati ac salutis vestre nocentissimum atque
 perferissimum propinauerunt venenum. qui liuore inuidie
 conuati. Paulo deha sunt, Paulum calumniantur, Paulum ambi-
 tionis accusant, deque Paulo blaterantes & frustra garrientes,
 publice & vsique, dicunt, vel non esse apostolum, vel nomine
 tenui esse, non tam Apostolum Xpi quam eius Apostolorum
 minidum sed rumpantur illis inuidendo viscera, spargant
 in vulgus proinicias vitii suum, & rana disseminando, Pauli
 coram non detrahent auctoritatem, non trahent dignitatem, neque
 Apostolatus nomen aut famam obscurabunt. Paulus enim est,
 neque erit non tantum vester s. Galatiae, sed Antiochiae, vna
 vniuersi orbis gentium verus, diuinoque nutu factus Apostolus.
 Vocatus ille quidem, non intrusus, electus consilio, non oblati
 vltro, cum mandatis missus, non absque potestate discurrere, pro
 X^o legatione foriger, non hominum inferentium voluntati aut ob-
 sequens minideris. Quippe cum nobilior sit, atque sanctior,
 multo quod vos arbitramini illius ad Apostolatum assumptionem, neque
 per hominem siquidem nec consilio humano, nec Aposto-
 lorum decreto, nec per quampiam illorum delegatum euangelizan-
 di munus curaque suscepit: non per ipsum, qui coeteris ante-
 latum est, cepham, non per Ierosolymorum presulem Iacobum
 non per dilectum Domini discipulum Iohannem, ac multo mi-
 nus per illum, quem secundum Deum spiritus parentem, & bap-
 tismi sacri minidum agnoscat presbyterum Damascenum Ana-
 niam. Non itaque Apostolorum est Apostolus, nec discipulorum
 discipulus, quippe cui nec collegium ipsum Apostolorum rite con-
 tum, nec ecclesie ceteris cum suo capite, nec vllis seorsum
 aut multi simul, inter quos numero presbyteros, & doctores An-
 tiochenos.

* Non ab hominibus electi,
 addis etiam

Neque per hominem.

Textus.

Antiochenos, licet manus ordinationis impo-
 fuerint, tamen suo sa-
 fragio electioneque missionem Apostolicam ipsi non deiecerunt.
 Nullus ergo Sominum, vel terrena sapientium, vel Dei vicaria
 potestate fingentium, Apostolatus sui Pauli authorem inter-
 uentorem, ministrum ve recognoscit, a quo fuit ei officium,
 demandatum, dignitas collata, potestas attributa, a quo sit in
 supremo, quem tenet, ecclesie gradu collocatus. sed per Iesum
 Christum & Deum Patrem, qui suscitauit eum a mortuis. quid
 ergo: e coelone capite infule, mitra demissa, que capiteus
 ornamentis eo sonarant. imperium ne a Deo collatum im-
 mediate accepit, & legationis functio illi diuinitus commissa
 est. Itaque. Nam id maxime extollit Paulini apostolatus
 eximium decus, quod non, ut alij magni Apostoli, per Dominum
 Iesum X. m. in terris ad huc mortalem cum Sominibus conuersan-
 tem, sed per ipsum iam a mortuis diuinitus uirtute, resuscitatum
 atque omnino immortalem in coelis cum Patre regnantem uoca-
 tus, electus, missus, atque ad eos Apostolica laurea condecoratus
 est, Petrum, Iacobum, Ioannem & reliquos, hinc Christus nomi-
 nauit Apostolos, cum adhuc quasi homo Sominum uultus atque
 imaginem ostendebat seque filij Sominis appellatione inter-
 nis atque agens designabat; ut Paulum hinc uocauit, elegit
 creauit Apostolum cum sublata ab oculis Sominum Sominis for-
 ma, seruili mortalitate relicta, exuta conditione passibili, Dei
 maiestatem, & gloriam numini eterni celsitudinem subli-
 mitatemque, que prius sub Sumanitatis nube operata latebat.
 mirabilibus inefabilibus que signis, ac testimonijs uoluit ostenta-
 ri, atque apud mortales, pauca, ac tremebundos innotescere, ac
 venerari. maneat ergo ratum statutumque ac firmum non tunc
 ab Sominibus, sed a Deo, non per Sominem, sed per Iesum X.
 Dominum, Apostolum factum, id est non propria Sominum autho-
 ritate, non per Sominum ministerium a Deo, per se ipsum proxime^x sed a Deo

* sed per Iesum
 Christum & Deum
 Patrem, qui sus-
 citauit eum a mor-
 tuis.



Textus.

immediateque Apostolum factum, per se ipsum inquam in
 hinc subsistentem personis Patris, verbi. i. filij, ac spuy sancti,
 sed tamen sub glorificata verbi Humanitate loquentem, atq;
 operantem. Vox enim verbi incarnati, hoc est, Iesu Christi filij Dei
 gloriosa in maiestate apparenti audita est. Verum non sine
 Patris & spuy sancti Communis Voluntatis actione dicentis, Sau-
le, saule cur me persequeris. Diuinitas tota persecutorem
 deterruit, diuinitas saulum Summi prostravit, diuinitas Sor-
 tem de medio subtulit, ac pro hoste Apostolum subiogauit, sed
 cura diuinitate simul, idem prostrabat Humanitas Synopsi
 verbi conuenit, per quam tota Trinitas suum Consilium de-
 cretum beneplacitum, in Pauli Apostolatu condahendo declara-
 bat.

sed per Ieroni-
 um & Beatus
 Hieronymus
 dicitur quod
 Ieronimus

v. 2
 Et quicumque sunt
 omnes fratres ecclesie
 Galatie.

Non vero solum ipse met ego Paulus tanta auctoritate Aposto-
 ly, sed & illi simul, qui mecum conueniunt, versanturq; in
 euangelico opere, vniuersi Christi opera discipuli, sancti
 que fratres in eadem, quam semel accepere, fide stabiles, fir-
 mi, atque constantes, tamq; qui vnus vinculo charitatis perfec-
 tissimo colligati sunt, vnanimes, idem sapientes, idem vno
 ore dicentes, vnaque mente protestantes, Sui epistolę mea vni-
 us Pauli manu, digiti que conscriptę, Chyrogaphum subie-
 cimus, & commune signum adiunximus. Nam et si mea solus
 manus, atque authoritas (vt pote quam ostendi esse diuinam) sa-
 tis superque fuisset, vt eam tamq; sacram recipere, omni que
 fide adhibita veneraremur, Verum quoniam plurimorum testi-
 monium ydem placitum suffragantium, eandem que probantium
 tuentium que sententiam momenti ac ponderis plus obtinere
 sepe solet, ~~nam~~ etiam apud impios atque rebelles, nedum
 apud scilicet vulgares que Somnes, cum omnium saluti velim
 esse prouisum, ne istorum quidem imbecillitati deesse vltimo modo
 volui.



Textus

Volui. Cuncti itaque fratres unius moris in Domino mecum Sabi-
tante mecum sententes pariter omnibus ecclesiis conveniunt que
fidelium Christianorum (quos vocamus ecclesias) per totam illam
regionem Galatiae que in Asia minori contenta, longe lateque
patet & extenditur, in fidem Christi paucam convocati,
constituti, erecti salutem aeternam, & Apostolicam benedictio-
nem impetimus

V. 3.

Gratia vobis & pax.

V. 3. Gratia in animis vestris feliciter adsit, multipliciter crescat
& mirabiliter augetur, pax similiter, & abundet, & adim-
pletur, in perpetuum que vobiscum summa Charitatum accessio-
ne amulata perseveret. Non prophanum quidquam, non tem-
porale, aut caducum, sed spirituale, divinum, & eternum optan-
dum est bonum, idque unum expectandum, atque expectandum
Societati Christiano. Speculi sui dilectores & alumni optent
illi quidem sibi terrena bona, primum affectent gratiam op-
timam amicitiam, conciliant, cum suis civibus concorditer vivere
studiose conentur, verum hoc pro voto adepti non possunt pla-
ne nominari felices. At illi quorum remissa sunt peccata, pro-
prie scelere immunitas concessa, suppliciorum debita condonata,
postquam veritatem per misericordiam Dei consequuntur, eadem
que reconciliant, in gratiam redeunt, pacemque redintegrant, hanc
in casum ipsi sibi beate esse videntur; & vero quantum per pre-
sentem licet statum, beati sunt, atque felices. Gratia subiecta &
Pace quasi auro ex auro Sphero compallit, ex tremis salis
animos vera condit, conditabitur que apud Deum illa
enim virtutum dat vitę spirituali, atque beate; hęc etiam
finem Perfectionem que addeat. Quare quicquid bonorum sua
donorum intercedum est, Gratia Pacis que appreciatione expectatur
& exspectatur. Gratia hęc ex amore infinito Dei, tamquam
ex luce lux promanans benificentę Theausos, atque liberalitatis

Felicitas que
expectanda.

Oratio Gratia
& pax.



p[er]petuam diuinitas seum dicit; pellit culpe caliginem, illas
 Deo exstinguit offensas, criminum labes attergit, reatus animi to-
 llet, inimicitias causas prociidit, vitam spiritualem inclit, cor
 mundum creat, mentem illudrat, spiritum confirmat, vires
 potentias omnes corroborat, totum denique hominem sanctificat,
 diuinitas que fuit consortem nature, nec dumtaxat amicum, sed
 etiam adoptione filium Dei fuit. Hec Grata. quid vero Pax?
 Pax est Charitate, que fitus est Gratię, existit, velut effectus,
 siue is sit actus, siue quid actum ipsum consequens, conscientiam
 pacat, concupiscentiam coercet, animum tranquillat, in voluntate
 confidentiam ingenerat, vincitq[ue] terroris exterminat, in toto
 homine securitatem perpetuam conseruat, in omnes potentias
 in ordine continet.

Desideria ita satiat, ut nihil curę, sollicitudinis, ve relinquat.
 non modo non tenet timore p[er]nat, quin potius se certa eterne
 beatitudinis mirifice allicit & consolatur. Non velut quon-
 dam ex onere premit, sed ad precepta seruanda. Vires
 sufficit, atque ad per agendam celestem semitam aureos
 adiungit stimulos, & pulcherrima adhibet calcanea. Nidetur
 & credo admiramini ingentes Gratię & Pacis operes. sed at-
 tendite & ex utriusque contentione forte plures, inon maiores
 existent. Grata qualitas est super naturalis, habitus infusus
 in anima inherens, eamque decorans, & mirabili exornans
 pulchritudine. Pax est infusus Charitatis excellentissimus ac
 prestantissimus actus ad vltimum finem nostrum, summum
 que bonum terminatus, non modo absque vlla carnalis appe-
 titus repugnantia elicitus, sed cum eximia etiam carnis
 & spiritus, hoc est inferioris superioris, que partim, consensione
 exoritur. Grata in candida & regali trabea dominato-
 ris Egypti patriarchę Iosephi adumbrato est. Pax in eundem

Pacis decori
 p[er]tio a consp[er]sio
 in effectus.

Contra pro
 si h[ic] Charit[atis]
 habitus Pacis

dilectus

delecta à Patre Iosephi veste polymita representata est, quæ talari & manuata insuper colorum varietate contexta multitudinem varietatemq; donorum atq; virtutum præfigurabat. Gratia ablatis constat omni mali, pacis adeptis omni boni concessit. Gratia scilicet virtutum est, Pax bonorum principis actionum. Gratia diligimur à Deo; Pace diligimus Deum: Gratia iusti sumus: Pace beati erimus. Gratia Deo chari efficiamur; Pace in Deo requiescimus. Gratia delictorum remedia datur: Pace cupidinum fit sedatio. Gratia in presenti seculo varias sustinemus calamitates; Pace in futuro gaudij persuemus æterni. Gratia sanctorum radix operationum. Pax est cunctarum consensus appetitionum. Gratia Charitatis origo: Pacis origo Charitas. Gratia expultrix, & exulatio vitiorum: Pax conscientiarum securitas & tranquillitas passionum. Gratia propria illuminatur ratio, excitatur voluntas; gratia adiutrice, & cooperatrice in bono opere constamus & confirmamur; gratia subsequente ad finem usque perseveramus. Pax tessera regni cælorum; Ecclesiarum quædam in signa, militum Christi salutem protegens, thronorum defensorum, galæ operiens. Pax item & gratia sunt in collo foramentum, in auribus gemme, in digitis alcyon, in corde epithima, ~~in~~ denique caput in throno regali circumiens. Audistis multa quæso ne pulcherrimas, verum elegis sue panegyricis audirentur cassimini, aut tædis tenentur vos patiamini. Restant nonnulla adhuc inexplicata, quæ gratiæ & paci non exiguum afferrent ornamentum. Erat olim Somini priusquam diuina acutus gratia in Dei fidem cognitionem venisset, miser plane stans & infelix per omnia, quippe qui à Dei amore aversus graue sibi malum accerserat inimicitiarum cum omnipotente genere, vniuersarum copiarum, & agmina creaturarum, siue super cælestium, siue sublanarum, se contra producat, quæ omnes infelices in fen-



infernus que habebat, ut pote que, velut summi imperatores, con-
 iurati milites, ut de eo poenas sumerent, scelus que conuictum
 reum viderentur, dirum, continuoque intulerant bellum. Ne-
 rum eximia altissimi misericordia per sanguinem unigeniti sui,
 ac Domini Nri Iesu Christi, ita Diuinum numen propitiatum est,
 atque placatum, ut & sup infusione gratie flagitios veniam de-
 derit, & pace oblata cunctas reliquas bellic deliquerit, in optatum
 que & tranquillum statum rem Romanam reducere & redigere,
 eum qui prius acerbum, Sorsus & inimicium altor exhiberat, vor-
 sa vice in dilectissimum amicum conuerterit, ac de perduale
 in sui nature diuine consortem commutauerit, atque in filium
 adoptauerit, & eternae Ierusalem regni que celesti Scedem
 designauerit. que itaque congruentior salutatio, que benedictio
 apposita magis fidei Christiane noui cultoribus tenellisq; tyro-
 nis militie spiritualis, quam hec, que tantum exprimit, expos-
 cit que bonum, quantum gratie ac Pacis sacri nominis compre-
 hensum est. Quibus id opto atque oro, ut quod potest esse felici-
 ssimum, aut exoptari beatissimum statum, non solum in hoc seculo
 sed in futura etiam eternitate contingat. Ut videlicet pri-
 mum ablatis ab animo scelerum maculis, criminumq; reliquijs
 eluti, quibus offusus tenebris non minus eternus amor, (sicut
 inaccessibilis lux est) a dilectione auertitur. Somnus impuri
 ac scelerati, quam soliste creaty, Obiectis nubibus ab illuminando
 mundum abscedit, & abest, deinde sublati de medio machinis
 bellis bellis que tumultibus conuoluit, ac consepulsi, quibus omni-
 potenti nate mutata, armataque, tam visibilis, quod invisibilis creatura
 aduersum impium, atque adeo miserimum peccatorem, adhuc supplicium
 molitur, & expetit atrocissimum, poenas que minatur eternas, &
 maxime parti orbis fere continuo affert & infert, verq; ac sum-
 me prosperitatis, beatitudinisq; plenitudo cumulatissime vobis ad-
 ueniat



adueniat, & perpetuo adsit. Gratum vero dico non solum illud
 primum donum grati concessum, quod nullum non lauat contagi-
 um, nullum non soluit reatum, nullam non sanat egrotationem,
 animi, quodq; omnes eius vires ac facultates salubres, propen-
 sives, que reuertit ad bonum quodcumq; prestandum & exequen-
 dum; quod etiam omnium supernaturalium virtutum fundamentum
 est, atque fons ceterorū donorū limpidissimus: Verum & illud
 insuper, quod omnis boni laudabilis que aggressionis, & exorsus
 principium atque exultamentum est; cuius in eo nō posse
 operari, quod apud Deum laude & gloria dignum habeat-
 tur; quo plane auxilio proeunte exprogerisimur ad opus in-
 choandum, comitante iuuamur ad prosequendum, subsequente pers-
 tamus constanter ad consummandum, & cum decore, ac merito perfici-
 endum. Pacem similiter dicit non tantum, que hostilem mentem
 reconciliat Deo; belliq; strepitum, ac reliquias perturbationum in-
 ternarū compescit; delet, extirpat; que pacatum animum, & in
 officio continet, & numini excelso subditum, obedientemq; efficit,
 atque conseruat; sed etiam que integritatem, ad quam valet per-
 uenire, absolutiōnem que perfectam nata est, que non iam ut
 prorsus, cum ex grati fonte effluebat modice, cum mensura, velut
 in exilio iter facientib; dispensatur; sed tamq; in patriam
 ingressis, ierusalem, vbi flumen pleno aluo quaque ex versu exun-
 dant, ex angustissimo trono Dei, & agris proximis, ubi ubiq; pro-
 manans, absque mensura communicatur. O flumen pauci clarissimum
 dulcissimum, lenissimè fluens, copiosissimè saturans, & extinguens om-
 nem iram. O Victor Dei Israël, o victissime, o victorū De-
 um? quid victoria, nisi pax, consequitur? quid rectitudinem di-
 lectiōis nisi pax comitatur? Quid alim; q; Dei visionem excipiat,
 nisi pax, indesinenter affluens, perpetuo replens, in eternum
 inebrians. Sit ergo nomen ciuitatis, vbi tanta pax, ierusalem. i. visio
 pacis; sit appellatio cuiusdam derivata a visione Dei; nec ibi est vllus
 qui non vocari dignus sit Israël, ut sit israel cuius ierusalem; Evidens

Cap. 1. Paraphrasis.

Deum pace fruatur sempiterna. Ecce quae tanta bona, ut vobis plene, integre, exuberanter donentur, nec unquam absint, aut desint, sed adsint sine fine, sponte, nostra optamus, sollicitè petimus, omnique deprecamur à Deo Patre & domino nostro Iesu Christo. 1.

A Deo Patre & dno nro Iesu.

Primum ab eo, qui est prima origo, atque principium, auctor, & dator bonorum omnium, Deo optimo, Maximo; cuius potentia est Conditor, cuius sapientia regitur, cuius providentia, & bonitate singulariter conservatur omne genus hominum; qui essentialiter unus, personabiter trinus, Pater, Filius, & spiritus sanctus, per adoptionis gratiam Pater etiam noster. i. Christianorum dignatus esse: De inde nominatum etiam ab eo, qui iure & titulo redemptoris, salvatoris, ac mediatoris, Dominus noster est; à Iesu Christo, inquam, regum supremo rege, & dominantium summo Domino; qui cum esset divinitatis forma equalis patri Deo, tamen servituti formae. i. humanitate assumpta, non recusavit homo esse hominum, similis, passibilis, atque mortalis; ut sane quod exoptamus gratiam, pacemque nobis miseretur in cruce, caperetur e coelo, & in coelo consummaretur.

Textus.

V. 4
qui dedit se metipsum
pro peccatis nostris,

qui tanto nostri exaruit amore, tanto fuit inflammatum ardore charitatis erga hominem lapsum, ac misere perditum, ut rem sit aggressus, vel ipsius, pro quibus suscepit, incredibilem, atque stupendam. Ceterum non temere quidem, non casu, non ignorantia ductus; sed scienter, consultissime, liberamque voluntate inductus; nec vero imperio oppressus, sed sui arbitrii dominus, spontaneus, non coactus, liberus, non iniunctus, promptus & alacris, non renuens, aut reluctans; siens, prudensque res, non imprudens, aut inscius, & factum non modo admirabile, sed nunquam auditum à seculo? cruci ignominiosè, nec acerbissime, ac seuerissime, cruento sacrificio, obtulit semetipsum, non partem sui, suos, ve bonorum, non aliquem sibi charissimum, ac dilectissimum; non angelum, non cherubinum, non seraphinum, aut celestem premarium spiritum; sed semetipsum, inquam, totum, nihil exapiens, non vitam, non animi

Textus.

animi doler, non diuine personæ actiones, nec ipsa quidem diuinitatem exipiens; magnificentissime liberalissime que donauit; ac velut Soliam acceptissimam Deo pro omnium nostrum flagitijs luendis, reatibus expiandis, et abolendis, penitus exalte persoluedis, mandandum in istar mitis agni immolandum ~~per~~ commisit, ac tradidit; * ut nos eriperet de presenti seculo nequam cuius voluntarie oblationis, dignissimè super omne Solocaustum sacrificij piensissime, misericordissime, sacratissime matationis & immolationis, super aucto, et super abundante merito, atque ne expruem immenso atque infinito precio, id, quod certe intenderat, consecutus est; ut scilicet vniuersi mortales quotquot sunt, vel ante extiterunt, vel erunt postea futuri, vinctis erroribus exoluti, rotabibus antiquis delictorum ablutis, vicijs commoerentes, pestiferis cupidinibus venuniantes, quicquid mundi est posthabentes, visibilia pro invisibilibus aspernantes, fide inuixi, spe freti, charitate muniti, et immaculati sanguine agni redempti, faule ferent exortet, atque immuney, liberi que omnino à malignitate, liquor, illecebri, dolis, fraudibus, inuitamenti sui seculi pessimi labentis perituri, ac nunquam non aduersus Somnem presentem incautam et simplicem praua machinantis, atque identidem deipiantis; et apparentis boni dulci et caduca specie, ac pulchritudine mercantis; nec modo à priuata et seculari viuendi consuetudine, iniqua illa quidem et eritiosa, eriperentur, sed ad optimam oram, et coelesti similem traducerentur agendi conspersanda que rationem, diuinis consentaneam mandatis, et ipsi cessatis per omnia gratam. * secundum voluntatem Dei et Patris nostri. quoddam singulare opus tam coelestis admirandum, tam stupendum terre incolis, tam omnibus venerandum, non propter legis obseruatæ exigentiam, non propter alium Somni terreni meritum; sed ob diuini numini beneficium susceptum; cum Deo imperante inchoatum est, tum consumatum

* Ut nos eriperet de presenti seculo nequam.

* secundum voluntatem Dei et Patris nostri,

Textus.

consumatum est. appropinquante Deo; qui personarum numero
 trinus, naturae singularitate unus est: idemque creationis, con-
 servationis & magis proprie redemptionis, adoptionis, antiquis
 nouis titulis omnium nostrum, praesertim fidelium atque sanctorum;
 quibus semper maxime voluit esse consultum, Pater nuncupatur
 et est.

v. 8

cuī est gloria in saecula
 saeculorum amen

Cui propterea, tamquam summo Deo, & suavissimo Patri, munifi-
 centissimo benefactori, potentissimo conditori, sapientissimo gu-
 bernatori, optimo redemptori, misericordissimo saluatori, im-
 mensa laus, summus Sonus, inefabilis gloria, est, fuit, erit;
 quae sicuti debetur, ita percolatur; exacte, pie, sancte, &
 per assensionem cordis, & per confessionem oris, incessanter
 reddatur ab immortalium spirituum hierarchiis, a mortaliū
 progenatibus, conuentibus, atque (ut uno verbo multa concludam)
 ab uniuersis coelestibus, & creaturarum ordinibus: nec solum dum tem-
 pora currunt, & saecula peraguntur, sed per totum illud sae-
 culum, quod omnia saecula continet, quod propria voce nomi-
 natur aeternitas, quae cuncta simul existens, nec terminum habet
 nec agnoscit principium. Hoc & fideliter opto, & vehemen-
 ter precor. Verissime, sic quae fiat.

Dei & Patri in
 gloria

v. 8. Amen

Aliud ^{omn} nisi gratia, et regni gloriam euangelium non est, nec fuit, nec esse speratur. Attamen, sunt (si aperte dicendum est) non nulli homines peruersi, deceptores, subversores, proditores, qui vestram Ecclesiam inter turbant; vosque de recto statu fidei dimouent; veritatem euangelicam obscurant, nouis placitis allatis, documentis admixtis rituum quorundam maxime necessarij. Quibus nouitatibus falsa doctrina, prauorumque dogmatum, veluti qui in recta aqua, sive aceto bonum vinum perdunt; sic isti euangelium corumpunt; eiusque sinceritatem, et suauitatem perdunt; non solum, atque vno uentum preciosissimum morientes musca; faciuntque contra, atque xpus in nuptijs Cana Galilee fecit, et merum optimum in aquam convertunt; et euangelij ionem in iudaeam frigiditatem commutant.

+ Hoc ingenium impostorum atque hereticorum qui vos de statu meo dejicere, & a Christo vero seruatore separare nituntur: offendant terribiter sacros doctrinae, & Christi euangelium cum nois suis tam antiquis ceremonijs commiscendo, bonum vinum eorum mutant, suamque falsam doctrinam nomine appellat euangelij, quod sit aliud a meo euangelio, cum ueritate non sit, nisi euangelij corum & p. h. e.

V. 8. Textus

Sed licet natus aut auoculus de celo euangelij ueritatem commaculant; gratis munificentiam impet vobis praedant; diuinae liberalitatis fontes, vel inquinant, ter quam quod euangelij fauimur vobis; anathema sit. Verum enim vero qui cuiusque eius modi sunt, qui docent euangelij sinceritatem perdunt, fidei Catholicae ueritatem commaculant; gratis munificentiam impet vobis praedant; diuinae liberalitatis fontes, vel inquinant, ter quam quod euangelij fauimur vobis; anathema sit. Verum enim vero qui cuiusque eius modi sunt, qui docent euangelij sinceritatem perdunt, fidei Catholicae ueritatem commaculant; gratis munificentiam impet vobis praedant; diuinae liberalitatis fontes, vel inquinant, ter quam quod euangelij fauimur vobis; anathema sit. Verum enim vero qui cuiusque eius modi sunt, qui docent euangelij sinceritatem perdunt, fidei Catholicae ueritatem commaculant; gratis munificentiam impet vobis praedant; diuinae liberalitatis fontes, vel inquinant, ter quam quod euangelij fauimur vobis; anathema sit.



qua

Quomodo ex
conmemorata
Angeli 3. 4
et 5. 6
in Titulo
hunc 3. 4
Ambrosio ad
23.

Qua propter pro ea auctoritate, qua fungor divinitus
data, et tanquam Apostolo xpi, et gentium
doctore universali in totum orbem concessa, si pro
nuncio, et fulmini execrationis, siue anathema
tis huius causa reos subijcio; qui cumque, siue
ipse ego fuerim, siue alius quicquam, vel discipu
lus, vel doctor, vel predicator, vel Apostolus, ex
numero duodenario, vel etiam ex hierarchijs
caelestibus adveniens angelus; si aliter docere,
aliam fidei doctrinam tradere, euangelium
ve predicare praesumpserit contrarium, di
versum, disveponens, dissentaneum, aut non
consentaneum, vel dissentaneum ab eo, quod a me
predicatum est, ac vobis traditum; si nisi resi
puerit opportunè, et confessus culpa reatum ad
meliora se converterit, per aliquod tempus recan
taverit, confestim a conventu, et commercio fi
delium seijungitor; a sacris adibus eijctor; sacra
mentorum, ac mysteriorum usu separator, sanc
torum communione, sanctisque precationibus
excluditor; ab ecclesia procul exulato, ac sata
nae potestati vexandus permittitor.†

† Tam nefarius enim
predicator non an
gely celestis, non Apo
stolus christi, sed falsus
demon, aut pseudo
apostolus habundat.

V. 9. Textus

9. Haec sententia a qua, iusta que est, atque ita
a vobis habenda, et iudicanda; quarum
his arbitramini; semel a me dictam, sicut
iam predixi, iterum iterum que iam edes,
et in timore. Qui tumque temerario ausu ten
taverit; aut procuraverit aliam vobis
euangelij fidei ve doctrinam afferre, et
annunciare, praeter eam, quam a me au
distis, et didicistis; a sacris ecclesiae myst
terijs ablegatus, longe late que eris limitibus

Sicut praediximus,
et nunc iterum
Dico: Si quis vobis
evangelij fuerit pro
ter id quod accepistis,
anathematis.



pag. 12.

abscedito; et mucrone ecclesie atque maledictionis
per castus; seu detestatio nis publicq tactus ful
mine, et triubus parus, Caliginosique Ori
tenebris damnator, nisi forte conversus ad pe
nitentiam in tempore resipiscens sanior em
mentem receperit, Deique oratum numen
saluti fero Sacrificio orationis, Lachrymis pro
fusis ex corde placaverit.

Textus.

V. 10.

Modo enim ho
minibus sua deo,
an Deo? Anque
ro hominibus pla
cere? Si adhuc ho
minibus place
rem, xpi servus
non essem

Quid cogitatis? Quid tacito intra vos murmu
re colloquimini. Severum ne, ac rigidum iudi
catis? Quod nemini pepercerim; sed ad ver
sus cunctos nullo excepto gladium struxerim
anastematis. Num quid arbitrari sine
laborem scribendi ad vos presentem suasio
Sed, aduersatiua indicat frustratos inimicorum Pauli conatus. expectabant illi circumcisionem imperandam ab Apostolis, quod secus factum, ut merito à me irrideri potuerint. Lætabant illi, et clamabant in vulgus, me frustra laborasse, qui circumcisione Liberos esse debere gentiles predicarem, appellabant Apostolos, eorum sententiam sibi pro votis, mihi contra futuram sperabant. En tamen Titus manet incircumcisus videntibus, et consentientibus Apostolis. Hæc conclusio consultationis est. Sic totius deliberationis euentus. (Commentarius Hugonis Card. restitit eis non tantum verbo, sed facto. Non placet; quia non resistebat Apostolis Paulus, sed de sua doctrina certiores faciebat, ut illi veritatem approbarent: si verò pronomen eis refert ad uersarios ~~to~~ to leu. Aug. si quidem uerbis restitit, conferens cum Apostolis, facto, non circumcidens Titum).

2. Neque Titus, qui in oculis omnium Hierosolymis mecum erat, qui mecum aduenerat, mecum sentiebat, meam doctrinam tenebat, atque ad eum erat incircumcisus, cum esset gentilis, ex patre, matreque, Græce ελληνας, id est, Græcus. Syr. Arameus. ponitur itaque Græcus apud Paulum pro gentili, quoniam tempore Alexandri Gentilium celeberrimi erant Græci. vltis rationibus vel obtreptatorum contentione (qui præcipue ex Pharisæis erant Act. 15. ut ait Dionys. Cartus. et alij) compulsus est, aut iussus circumcidi. quod si necessaria esset circumcisio, compulsus esset. Itic S. Thom. notat alludi ad concilium Apostolorum de non seruandis legalibus à gentibus conuersis, prout Sabetur Act. 15. eamque rationem affert ablata circumcisionis, quod promissio propter quam data est in signum Abrahæ Gen. 17. iam esset completa, ex quo Christus passus, et mortuus est. De hoc infra c. 3. et 5.

TEXTVS.

V. 4. sed propter introductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent.

V. 5. quibus neq. ad horam cessimus subiectione, ut veritas euangelij permaneat apud vos.

Theoria 1.

De varia lectione, et dispositione Textus



Textus

De sensu horum versuum non exigua est dissensio inter interpretes, illa
 nimirum particula sed plerumque offendit, quia cum non habeat, cui res
 pondeat, imperfectam, ac mancam reddit sententiam, Ideo de et exte ex
 pungunt varice translationes, Erasmi, Pagnini, Sigurina, Vatabli, Clarij,
 s. Hieronymus superfluum existimat. At Ambrosius, seu qui eos com
 mentarios edidit, qui nomine Ambrosij prenotantur, quia aliter non pu
 tabat sensum constare, duas voculas excidit. V. s. quibus neque, et =
 unam periodum facit, quam inchoat à 4. V. finit in Versum 5. Græce
 quidem di, quæ autem transferunt varij codices, correctæ autem
 vulgata vertit sed. Patres Græci Chrysost. Theoph. Occum. Legunt, ve
 runtamen ad integritatem sententiæ, particulam negativam suppleunt,
 ex superiori V. 3. ut mox dicam. Mihi videtur V. 4. concisus, supplenda
 autem particula illa non est compulsus Per Neuma. Atque idem sen
 sus est ablata coniunctione sed, factaque integra periodo ex 3. et 4. V.
 sicut Hieronymo placuit, imo ex V. 3. Vbi, quod supplendum videbatur,
 adiungitur. Atqui parum attendit grammatice legibus divinus Apostolus.
 Varias tamen Translationes. Syr. V. 4. sed propter falsos fratres, qui in
gressi sunt ad nos, ut explorarent libertatem, quam habemus in
terchu Merchicho, ut in servitutem me redicerent. V. 5. sed ne ad
Sora quidem plenitudinem abieciimus nos ad subiectionem eorum,
ut veritas euangelij permaneret apud vos.

+ accipe
2.

Syr

Figura

Figur. et Erasmi. Propter obiter ingressos falsos fratres, qui subin
troierant ad explorandum libertatem nostram, quam habemus
in Christo Iesu, quo nos in servitutem adigerent, quibus ne ad tem
pus quidem cessimus per subiectionem, ut illis subiiceremur. ut
veritas euangelij etc.

Vatabli
et cum notæ

Vatablus obiter ingressos. Notæ. Irreperant in concionem nostram non vocati,
sed admissi propter decorum. Vulg. Vat. subiectioni. et Complu. Roman. subiectio
ne. ita notæ. Vat. et addunt, ut nos legi subicerent, quæ precipit circumcissionem.

Theoria 2.

De vera intelligentia Scius Loci variq. expositiones.

Sed propter subintroductos falsos fratres. obscuritas dictionis varias peperit in
 terpretum expositiones. 1. quam Clarius attingit, Mariana commemorat, tenet autem
 Primas, et refellit Hieronymus, eorum est, qui nimirum emingentes sanguinem elique
 rant, arbitrati situm emitentibus falsis fratribus, tandem post multam contentionem
 circumcisum fuisse. Vim faciunt isti in particula, sed que cum aduersatiua sit, vide
 atur contrarium ei, quod paulo ante dictum est inducere. sed falsitatis arguitur Soc
 sententia, quia ut ait Hieronymus, quid iuuat exemplum Ibi gentilis circumcisi:
 Soc maximi noceret cause, quam tractat, ut Galatas à circumcissione revocet. Pre
 terea Soc expositio evertit textum, quo affirmatur, ne ad horam quidem cessisse

3.

Exposi
tio Clarij
Mariane
Primas
Hierony

Hierony



Paulum, ut legi subijceretur, quam negationem hec expositio abradit. Vide Hierony.
 2. expositio Ambrosij, occupationem sane esse ait, qua occurrat Apostolus illi-
 obiectio; tur alias Timotheum circumciderit. Nunc tantotempore pugna-
 rit, ne Titus sacramento circumcisionis imitarietur! Responsum itaque aliam
 fuisse Timothei causam, circumcisum nempe obuitandum tumultum, et seditio-
 nem, que imminabat a falsis fratribus plus aequo pro legis obseruatione pugnan-
 tidus, ideo que ad tempus cassisse, ne amplius veritas euangelij pateretur discri-
 minis. Hec sententia non congruit textui, nisi ablati non nullis ~~sub~~ dictio-
 nibus: quod fieri salua auctoritate editionis vulgate post Clem. 8. nulla ratio
 permittit. Hec igitur non recipienda expositio; quia textus doctrinam euertunt
 voces pro libito immutant, aut tollunt, sicut enim ille malus est commentarius,
Titus non est compulsus circumcidi ab Apostolis, sed propter subintroductos fal-
sos fratres circumcisus fuit. Ita ille alter est extraneus, et literę adiectus absque
 ulla ratione: Titus non est compulsus circumcidi, sed propter falsos fratres Timo-
theum circumcidendo ad horam cessimus subiectioni. Scripandus Cardinalis ita
 explicat, ut tamen imperfectam illam orationem quasi responsum inducat,
 quasi dicat, cur circumcidisti Timotheum, et Titum non vis circumcidi? Respon-
 det, Propter subintroductos falsos fratres. sed quis non videt duritiem sermonis
 Suius. Vnde itaque hic mentio Timothei? Non diuinatorius vult Galatas, quod
 ipse non vel minimo indicat signa? Videtur fuisse Suius opinionis Tertullia-
 nus contra Marc. s. l. c. de ep. ad Gal. qui tamen recitando textum Apostoli
 ponit negationem illam, nec ad horam cessimus subiectioni. et in explican-
 do subicit, et affirmat cessisse Apostolum propter superinductos falsos fra-
 tres ad tempus circumcisio Timotheo.

3. Augustini lib. V. ad Gal. et de Mend. c. 5. qui extenuandi causa addi-
 tam videtur existimare particulam sed, cuius tibi est commentarius, quam
 uis in Tito Greco homine, et non Iudeo possit circumcisio tolerari, tamquam su-
 perflua, et non necessaria saluti, sed propter falsos fratres non est compul-
 sus circumcidi, neque potuit extorqueri, ne attestatioe Suius facti, illi com-
 probarent necessariam esse circumcisionem ad salutem. Hec expositio sa-
 tis acuta est, sed non satis consentanea uerborum structura, veratamen.

4. est Hieronymi, Theodoret, et eorum, qui ut superfluum reijciunt
 coniunctionem, sed, vel autem, coniungunt que in eandem periodum quar-
 tum uersum cum uersu 3. ut non sit opus quicquam supplere. ita, Titus
non est compulsus circumcidi propter subintroductos falsos fratres. Itaque
 causa redditur, quare sit ei facta vis, ut circumcideretur, nimirum aduentario-
 rum contentiosa cupiditas, cui non oportuit cedere. Hec uera sententia, sed
 opere preclum est, retinere particulam aduersatiuam, que in Grecis codicibus est,
 et uulgata retinuit.

4. 5. expositio, ceteris preferenda Chrysostomi, Theoph. Occum. et communiter
 miter Gregorum patrum, quam etiam sequuntur Latini presertim recentiores,
 Adam. Legion. Mariana, probat etiam Hieronymus. Absoluit mem-
 brum orationis V. 3. et adiungit statim V. 4. Sed neque propter subintroductos



Expositio
Ambrosij

Scripandus

Tertullianus

Expositio
Augustini

Expositio
Theodoret
et eorum

Expositio
Chrysostomi
et communiter
Gregorum
patrum

falsos

falsos fratres compulsus est circumcidi. Titus inquam, suppleat itaque per seuma illud totum, quod nouum non est, sed usitatum valde, in omni lingua, et idiome. Hec expositio differt à 3. et 4. quod et retinet, et facit non solum aduersatiuam sed etiam amplificatiuam particulam sed. et maxime adiuncta negatione, que subauditur eiusmodi negatio in Hebræo idiome frequenter suppleri solet. Ps. 43. et non recessit cor nostrum, et declinauimus. (pro et non declinauimus) in uia tua. = Aliquid enim maius significatur cum additur, non compulsus circumcidi Titus. etiam contententibus, et totis uiribus emittentibus, imo ~~esse~~, et insidijs pugnantibus illis, qui uidebantur (simulabant certe) se ueram causam tueri, atque defendere. Anselm. non propter Apostolos, sed propter falsos fratres non est Titus circumcisisus, ne suis facti occasio ne abuterentur ad probandam necessitatem circumcisionis ad salutem. Gagneus, etiam si irgerent falsi fratres, ut si pro ὁν ἔστι, sumatur. Corn. pro ὁν id est ὁν ἔστι et citat Budeum.

6. expositio, quam uidentur secuti Claudius, ac Seripandus. Nihil = S. supplet, sed, ut iacet interpretatur literam, sed quia hec impedita est notandum saepe contingere inter loquendum pro uelocitate dicendi, et copia rerum relinqui à dicente aliquas clausulas inchoatas, et imperfectas periodos, quod frequentissime uideamus in his epistolis sacris, dum maior cura tenet Apostolum sententiarum, quam uerborum, Maior sollicitudo urget exprimendi conceptus, quam constructionis, ac syntaxeos secundum regulas grammaticæ obseruandæ. Hieronymus (referente Baronio) de Paulo ait, licet uernacula lingua, hoc est Hebræa esset disertissima, tamen Græca frequenter solécismos faceret, nec facile hyperbata reddere possit. cum alibi appellat flumen eloquentiæ christiani ob maximam sermonis energiam. uide anno christi 57. c. 9. Baronium. quod presertim accidit cum longæ interponuntur hyperbasæ, uel explanationis gratia multiplicantur, coarctuanturq; sententiæ. quorum exempla in hoc capite obuia sunt. V. 6. sic inchoat: Abijs autem qui uidebantur esse aliquid. cum expectares autem uerbum passiuum V. 9. collatum est nihil. Sic omisso interposuit illa, quales aliquando fuerint, nihil mea interest, et rursus addit, Deus personam hominis non accipit, hic uolens absoluere, quod imperfectum omiserat, quasi oblitus, uel non curans constructionem rectam, per uerbum actiuum conclusit repetens nonnullas dictiones sic, Mihi enim qui uidebantur esse aliquid nihil contulerunt. similiter in presenti uersu 4. et 5. cum diciturus esset. Sed propter subintroductos falsos fratres neque ad Soram cessimus. etc. cum uerbum hoc suspendisset, dum de finit, et indicat mentem pseudo fratrum, quasi oblitus qua ratione incepisset, uel magis attentus ad sensum, quam ad dictionem, interposito & elatius ita conclusit, quibus neque ad Soram cessimus. etc. in hunc autem modum constructione ordinata, sensus idem fere elicitur, qui à Græcis patribus quinta expositione indicatus iam est. Salm. Titus non est compulsus circumcidi, sed id accidit propter subintroductos falsos fratres. uerè, sed non textui consentaneè. Erasmi. melius, nec uideo, inquit, quomodo locus possit explicari, nisi fateamur Pauli sermonem esse imperfectum, ut intelligamus =

Soc pacto, Apostoli non compellebant, sed propter falsos fratres videbamur compellendi, quibus odiosius instarent, quibus tamen pro eo tempore non cessimus eo usque ut quemquam e gentilibus circumcideremus.

Quamquam Scrip. Card. his duobus versibus 4. et 5. velit illud agere Apostolum, ut constantiam suam tueatur, quam nunquam desererat, licet non nunquam propter scandalum vitandum eorum, qui legem nimis emulabantur imprudenter, et Thimotheum circumciderit, et capillum in istar Nasarei contonderit, et purificatione premissa templum ingressus fuerit Ierosolymitanum, superfluis interdum ceremonijs usus, dum sine Christi iniuria, aut euangelij detrimento id licebat, quod quia minus licuit in circumcissione Titii, nullo modo persuaderi potuit, ut eorum qui contrahitebantur, (sed malo quidem animo) vel conatibus pareret, vel Legis subijceretur observationi.

6. Claudius existimat hec, que Paulus hic narrat facta in Synodo Ierosolymitana; vbi credibile est, ab emulis Paulum delatum; quod Legem non modo non seruaret, verum etiam damnaret, idque presentis Titii exemplum confirmabant, quod incircumcissus in eorum cetum introductus esset a Paulo. Sed insidiosè moliebantur et technis, ac dolis studebant, si possent omnes fideles christi seruituti addicere Mosaicę, aduersus quorum insidias, molitiones que tam pugnavit strenuè Paulus, ut in Synodo I. coram tota ecclesia causam euicerit, probavit que Legis ceremonias, ad salutem minimè necessarias, neque earum iugum imponendum esse fidelibus, quos christi gratia liberos effecerat. Annuerunt Paulo Patres, et tota ecclesia eius doctrinam probavit, decretumque est, circumcissionem non esse necessariam, atque adeo Titus circumcidi coactus non est. Triumphauit ergo de suis aduersarijs, nec puncto quidem temporis illis maximè contendentibus adduci potuit, ut concederet.

7. Augustinus ep. 19. Titum propterea non circumcidit, ne occasionem daret eis, qui sine vlla circumcissione dicebant fideles saluos esse non posse, et ad deceptionem gentium Soc etiam Paulum sentire iactarent. Timotheum circumcidit propterea ne Iudeis, et maxime cognationi eius materne sic viderentur, qui ex gentibus in Christum crediderant detestari circumcissionem, sicut idololatriam. Nam illam verus Deus fieri precepit, et sane Satanas persuaserit.

8. Caietani expositio 7. loco referenda, qui particulam Sed non ad Titum compulsum circumcidi, sed ad id quod precesserat seorsum autem referri vult. Anquit, itaque definitionis Apostolicę rationem V. 3. atque secreto cum Apostolis communicare voluerit, hanc causam exponi Soc V. 4. id enim factum non ob pudorem, vel despicientiam aliorum, sed ut cauerentur falsi fratres, id est, Iudei conuersi ad baptismum, sed non veri christiani, quia legalia seruabant ut necessaria ad salutem.

Scholia.

9.

Subintroductos τῶν παρεισάχθῶν Frasm. Jigur. Pagni. Vatab. obiter ingres-
 sos, obiter id est non ex instituto, sed aliud agentes, vult exploratores, melius fortis
 se, fictum, et hostiliter ingressos, quod proprium ψευδαδελφῶν id est falsorum
 fratrum, nam, et hos hic describere pergit Apostolus extribus, quæ sequuntur
 1. qui introierunt id est, latenter se intulerunt, et introdederunt. 2. explorare
 id est, alterius, ut in bello, factionis secretarimari, et cognoscere. 3. ut nos in
 seruitutem redigerent id est subiugum captiuos mitterent, et quasi manci-
 pia seruire cogerent. Hæc propria falsorum fratrum, qui hostes malicia su-
 perant, cum difficilius caueri queant, ij merito vocati sunt παρεισάχθῶν, hoc
 est adiectitij super numerarij, quia non sunt de numero iusto fratrum, sed
 super additi, et adiecti pro modo societatis, cui adherent 2. Corinth. 11. 26. peri-
 cu. in fal. fra. à Jett. contra Marcion lib. 5. super inductitij vocantur, et
 superinducti. s. Bruno hos inquit à Iudeis infidelibus premis conductos, subor-
 natos. Titelm.

Dionys. Cart. dicit Hereticos, vel in Iudaismo induratos callide inductos
 à pseudo Apostolis subintroductos, à Diabolo, vel à Pharisæis. s. Thomas
 certo loco à Iudeis collocatos, ut considerarent an circumcideret Titum, di-
 cit Premigius

Falsi fratres ψευδαδελφοί, auram, quod apparet, et tamen non est,
 falsum dicitur aurum; sic qui pro fratribus se venditant tales que videri
 volunt, cum non nisi hostes sint, et proditores, falsi sunt fratres. Erant
 quidam Iudei, qui pro christo christianis se gerebant, cum tamen Iu-
 daismo hærerent, Iudaicas ceremonias mordicus tenerent, et pro viri-
 bus, non pro dignitate defenderent, ac propugnarent; qua in re nec
 ipsis Apostolis tantum deferrent, ut parati essent obedire contradicentibus,
 aut secus imperantibus. Hæc enim caput vel excitator videtur fuisse Che-
 rinthus (Epiphani. her. 228) qui et Petro se opposuissed dicitur reueren-
 tia conuersione Cornelij (Act. 11. 3.) et Antiochenos perturbasse, cir-
 cumcisionem gentibus necessariam predicans Act. 15. 2. Hic pri-
 mus post Simonem Magum Sereuarcha. V. Baron. Anno 45. S. 11.

Theoria 3.

Quæ congregatio reperietur, vbi non exoriantur falsi
 fratres, siquidem in collegio Apostolorum extitit Au-
 das; inter septem Diaconos Nicolaus. In synodo hæc
 Apostolorum Cherinthus, et alij.

Scholia

Subintroierunt, vel in ecclesiam per baptismum,
 vel in caeterum christianorum, qui erant Antiochia. Act. 15. 2. vel
 in synodum Ierosolymitanam. Act. 15. 3. s. Thomas in locum vbi erant
 Apostoli. Vatab. irrepserunt in concionem in eam non vocati, sed admis-
 si. s. Ieronimus dicit introierunt ad Pauli societatem. Dionys. Cart. sub specie



Vertical marginal notes on the left side of the page, including references to '2. Cor. 11. 26.', 'Falsi fratres', 'Dionys. Cart.', 'Epiphani. her. 228', 'Act. 11. 3.', 'Act. 15. 2.', 'Act. 15. 3.', 'Thomas', 'Vatab.', 'Ieronimus', 'Dionys. Cart.', and other fragments of text.

religionis; in locum ubi conferebatur. Anselm.

Subintroerunt cum dolo, amicitiam simulantes, humilitatem ostentantes. Amb. sub specie religionis, et habitu Christianorum, clam irrepserunt, venerunt in discrimulantes invidie, falso titulo fratres, id est Christiani, summo studio, et arte muniti contra Paulum, subdole, et fraudulenter in illa synodo Hierosolymitana obiter comparuerunt, ut quo quomodo possent, eum traducerent, et opprimerent coram Ecclesia, ad hoc abuterentur etiam auctoritate Apostolorum, quorum in conspectu accusarunt Paulum; quod in circumcisum Titum introduxisset in castra eorum, id est credentium. Claud.

12.

Explorare Hebraei sumus pro ad explorandum, ^{vel} ex insidijs nascendum; ut exploratores in bello solent speculari, inquirendo, per vestigando. Dionys. Cartus. Amb. explorator aliud fingit, aliud agit. Libertatem nostram a lege, et ceremonijs immunitatem. observabant, nempe, et circumspiciebant, curiosiusque disquirebant, qui haberent preputium, ut ait Chrys. infra c. 4. ibi, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.

13.

quam Sabemus in Christo, id est per Christum, vel ut membra Christi, siue in fide, et ecclesia Christi, in Christo, id est merito passionis Christi dignissime, in qua figurata implata finem sumpserunt. Dionys. Cartus. infra c. 4. Non sumus ancille filij, sed Libere, quia Libertate Christus nos liberavit. Libertas duplex, altera qua tranquille vitam instituimus, et secunda conscientia absque servilitate aeterna expectamus, altera a servitute, et iugo legis antiquae iam abolite per Christum; de hac posteriori explicatur hic locus a Chrysostoma, Theoph. Amb. Hieronym. Aug. et ceteris. V. Adam. et Legion. Libertatem, arguit Anselm. non solum qua a servitute legis sumus absoluti per Christum, sed etiam, qua non timore pene, sed voluntate ex libero arbitrio servimus Deo. In baptismo liberi efficiuntur non solum a peccato, sed etiam a servitute legis. Premigius.

14.

V. 9. Quibus, vel fratribus falsis, vel rebus, quas ipsi contra nos moliebantur, neque ad horam, quamvis Judaeis conuersis ad tempus non exiguum permixta sit circumcisio, et alie legis ceremonie iam mortue donec cum honore sepelienda expectabatur Synagoga, tamen aliter fieri oportuit cum Gentibus. Judaeis enim quasi natis sub servitute legis paulatim vincula fuerunt exoluenda, sed conuersi ex Gentibus, cum liberi nati essent, ut filij adoptionis Dei, non seruo

15.

rum vinculis adstringendi. Neque ad horam, siue ad tempus, pro uerbali Hyperbole, et, ni por un instante, momento, oportet. hanc uide in Jerusalem Dionys. Cartus. neque ad horam, ut cum Timotheum circumcidimus, qui semi-Judaeus erat, non omnino Gentilis, ut Titus.

Permissi

que eius constantia satis confirmat ad salutem minimè necessariam esse circumcisionem. vide Hieronymum.

19

Bruno caute legendus, cum dicit Timotheum circumcisum, iterum circumcidi iussurum à Paulo. quis unquam vidit rem eiusmodi? illud sicut dictum per nomen libertatis commendari christianismum, per nomen servitutis legem antiquam respiciendam doceri.

20

Theoria. 4.

De subintroductis, et falsis fratribus.

20.

Hos imitantur, qui ad beneficia, et dignitates ecclesiasticas non intrant per ostium (Joan. 10. 1) et per ambitionem imitantur illa vasarini quitatis. (Gen. 49. 1) Simeon, et Levi occidunt vinum per desiderium ut ei succedat, suffodiunt murum, ut latenter subintreant, et per Hircrisim. vide Hleg. Card.

21.

Augustinus contra Faustum lib. 19. c. 17. Primis christianis, qui ex luapis crediderunt, donec contra tam diuturnam consuetudinem paulatim persuaderentur, atque ad intellectum perfectum perducerentur, et quia ita nati erant, atque instituti, siuerunt eos Apostoli, patrum ritum, traditionem que seruare, et eos, quibus hoc opus erat, ut congruerent illorum tarditati, moribus que monuerunt. Unde est quod Timotheum Iudæa matre, et Greco Patre natum propter illos ad quos talis cum eo venerat, circumcidit Apostolus: atque ipse inter eos morem huiusmodi custodivit, non simulatione fallaci, sed consilio prudenti. Neque enim ita natis, et ita institutis noxia erant ista, quamvis iam non esset significandis fecturis necessaria. Magis quippe noxium erat, ea tamquam noxia prohibere in his hominibus ad que ad quos durare debuerunt, quamiam Christus, qui omnes istas prophetias implere venerat, sic eos initiatos advenerat: ut iam de cetero, qui nulla tali necessitudine tenerentur, sed ex aduerso veluti pariete, id est, ex preputia ad illum angularem lapidem qui est Christus conuenirent, ad nullatenus cogerentur. si autem his, qui ex circumcissione venerant, talibus que sacramentis adhuc dediti erant, vellet vitio, sicut Timotheus conferre congruentiam, non prohiberentur. Verum si in huiusmodi Legis operibus putarent suam spem, salutemque contineri, tanquam à certa pernicie pretarentur. vna est illud Apostoli Gal. 5. 2. Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Digressiuncula De Constantia in persecutione

22.

Imitatores Apostoli neque ad horam cedere debent ijs, qui de opporunt fidei, aut religionis veritati, et authoritati, nam sanctus Benegildus mori maluit, quam patris huiusmodi suasionibus cedere; sanctus Stanislaus Poloniae regi cederet, impio gladio occubuit. sanctus Thomas Cantuariensis exilia sui, suorumque passus, et post grauissimam persecutionem Henrici secundi regis Anglie, tandem reversus in suam ecclesiam



pro eius immunitate in martyrium subijt, testimonioque clarissimo probavit, nec
tamen sper cedendum in causa ecclesie; sunt alia exempla in hanc rem, que passim
occurrent.

Textus.

V. 6. Abijs autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando
fuerint, nihil mea interest; Deus personam hominis non
accipit) mihi enim qui videbantur esse aliquid nihil con-
tulerunt.

Scholia

Abijs autem, qui videbantur esse aliquid, dicturus forte erat, nihil mihi
doctrinae accessit, vel nihil mihi collatum est, vel nihil didici, sed interposita hyper-
basi, seu parenthesi longiuscula, suspensam orationem tandem variata figura
sermonis, anchaataam resumens, et iterans, sic absoluit, mihi enim qui videban-
tur esse aliquid nihil contulerunt. Consuetum est Paulo, ut se sinat abduci, vi, et
pondere rerum, que interdicens occurunt. Unde frequentes parentheses, et
hyperbata videmus in eius epistolis. Particulæ autem, et enim expletivæ =
sunt, et ornatus causa adhibite, qui videbantur Græce δοκῶντες id est, emi-
nentiores, siue reputati, existimati, ex Gellio, Erasmo, Adamo, Claudio. Isti
forte sunt (præter infra nominatos, Iacobum, Petrum, Joannem) seniores,
seu Presbyteri, de quibus Act. 15. esse aliquid, non est posteriori loco in Græco. V.
sup. V. 2. N. 7. Contulerunt quo verbo usus est sup. c. 1. v. 16. et sine prepositio-
ne πῶς supra V. 23. ubi eius significationem expressimus, sed ut aduertit Estius,
prepositio aliquid addit. Aug. interpretatur, Apposuerunt Chrysostomus, Ni-
hil addiderunt, nihil detraxerunt, nihil immutandum putauerunt. Ambrosi-
us quomodo fieri poterat, ut ille ab ijs disceret, quem peritum inueniens, pe-
nitentiam fecerat gratia spiritus sancti. Jam exacta, inquit, Apostolus erat
doctrina mea, ut neque per facta in Jero, neque per Verba in communicatio-
ne, et collatione, vlla ratione immutanda visa sit ecclesie principibus.

quales aliquando fuerint. illi mimirum qui videbantur esse ali-
quid, nihil mea interest, suspicatus sum aliquid in mentem subijisse Apo-
stolo Paulo, quod si proferret, forte posset offendere aliquem ex magnis Apo-
stolis, vel Petrum, vel alium, ut innuat Hieronymus; at prudentiæ frenolin-
quam retinens, intraque fauces suffocans verbum occurrens, Sanc adiunxit
rationem eius rei, quam, si non dixit, (ea tamen potuit intelligi) veluti se se
corrigens, nolens vlla ratione quicquam contrahant Apostolos, qui cum Domi-
no sunt conuersati, vel insinuare, vel cogitare. Non loquor, inquit, (ut colli-
git Hieronymus) contra sanctos viros, ecclesie que Principes, sed aduersus eos,
potius qui legem nunc preponunt gratiæ; qua in re veritatis potius, quam per-
sonæ Sabenda est ratio. Chrysostomus apertius declarat, quam hic agnoscit,
occupationem, satisfacere velle. (inquit) Apostolum illi objectioni, que cum
nominaret eminentes, atque in præcio habitos, tetigit animum, cui scilicet ipsi
circumcisionis ritum permisissent. Eorum enim Apostolica authoritas vehementer =

premebat, et causa sua videbatur officere) nolens autem veram causam exponere, quia minimè oportebat, per indulgentiam, dispensationemque, seu bonam gubernationem, id factum ostendere, ob ludæorum infirmam adhuc fidem, alio diuertit orationem, dixitque Dei iudicio se relinquere, quod ad se minus pertinebat excusare, vel condemnare. sic etiam Ocum. et Theoph. notant, quod cum Chrysostomo per verbum illud fuerint in præterito indicari, iam quidem cepisse Apostolos à circumcissionis predicatione desistere, et Pauli adherere sententiæ. Scripandus eadem sequitur expositionem, et si alio detorquetur quasi dicat s. Paulus. Non putavi meum esse, nec pertinere ad me, de hac quam nunc tracto, questione, quid quandoque docuerint illi magni nominis, et existimationis Apostoli. Itaque nihil ab eis sum percontatus; Deus personam hominis non accipit; quæ enim eximia videntur hominibus, ea ne respicit quidem; ac propterea ex persona, et dignitate humana ad veritatis confirmationem nullum solidum argumentum ducitur Matth. 11. 28. Confiteor tibi Pater Domine cæli, et terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis et

3.

Ambrosius aliter, hoc significat, inquit, quia Apostoli prius simplices homines erant, et imperiti, nullius dignitatis in lege, sed hoc non obesse. quis enim accuset, quem Deus excusat? quia non queritur quisquid fuerit, sed quid sit. Præterita enim, nec condemnant, nec vindicant, sed tamen vult intelligi, quod peritus fuit in lege, et clarus in vita, ac per hoc in dispensatione euangelij præcipuus minister. Caietanus vestigijs insistens Ambrosij ait, quales, id est quam alteri fuerint à se ipsis, qui modo videbantur esse aliquid. Fuerant enim idiote piscatores, et in nullo habiti precio. Contra de se ipso superius dixerat, quod proficiebat in iudaismo super multos coetaneos etc. Ad magnificandam auctoritatem suam. Sic interserit Paulus. Nihil mea interest, considerare scilicet istam differentiam, ac si apertius dixisset, contuli cum illis euangelium, non considerando quales aliquando fuerint, sed quales effecti sunt per gratiam Dei. Unde, et subiungit rationem, quare nihil sua interest, considerare statum præteritum Apostolorum; Deus enim personam hominis non accipit. Deus ad merita respicit, non ad personas, gratia sua metitur, non qualitibus personarum. Hæc enim Caiet. Hæc eadem est s. Bonæ sententia, quam breui sic complector. conditionem Apostolorum describit extrinsecus. 1. ex auctoritate, quam habebant in ecclesia, quæ est magna; ibi, ab ijs autem, qui videbant aliquid esse. 2. ex statu quem habuerunt in Synagoga ante conversionem, quem cautè ostendit fuisse abiectum, et vilem. ibi, quales aliquando fuerint, scilicet rustici, pauperes, idiote, et sine litteris, in quare se illis præferunt quantum ad legalia, cuius status in Synagoga magnus fuit. 3. ex diuina electione, ibi, Deus personam hominis non accipit, ideo ergo illi magni sunt, quia Deus magnificauit, non attendens merita, vel demerita eorum, sed quod ipse facere intendit. Descripta persona ostendit propositum, ibi, =

mihi

mihī enim qui videbant esse aliquid nihil contulerunt. quasi dicat licet essent
magne auctoritatis, tamen nihil addiderunt doctrinae meae, nec potestati.
quia ut supra dictum est. Neque ab homine accepi euangelium, neque per ho-
minem didici, Glossa ad Act. 5. Thomas aliter inquit. quales illi fuerint ante
conversionem nihil mea interest referre, cum et ego fuerim ipseus etiam ecclesie
persecutor.

Augustinus, sic legit, de his qui videbantur esse aliquid, qualiter aliquando
fuerint nihil mea interest, sic apparet oratio plena, nec opus est aliquid sup-
plere, aut rejicere. Respondet secundum Augustinum inuidis, qui se suspec-
tum haberi volebant, quod fuisset ecclesiarum persecutor, nihil sua referre,
quod alij Apostoli fuissent peccatores, siquidem sine personarum acceptione,
omnes Deus ad salutem vocavit, non reputans illis delicta eorum. Videtur,
inquit, esse aliquid carnalibus hominibus, cum ipsi perse non sint aliquid, non
enim semper fuerunt hoc aliquid, quod esse nunc videntur. quare licet boni
sint Dei ministri, non ipsi perse aliquid sunt, sed Christus in eis. Deus, et semper
legatur, intelligitur enim causalis, quam Caietanus legit, personam homi-
nis non accipit, in re gratuita, qualis est vocatio diuina, non attendit, tam
quam regulam, conditionem aliquam hominis, qua ducatur in facienda gra-
tia. sic hoc loco, et contra duas epist. Pelag. lib. 2. c. 6. et 7. accipit Augustinus
personarum acceptionem, quam Græca ΠΡΟΣΩΠΩ ΛΙΨΙΑΥ dicunt. que
in negotio meriti libero locum habet nullum.

Sed Chrysostomus (ut patet sup.) probabiliter ad rem presentem
refert ad Dei iudicium, in quo nulla generis, nobilitatis, fortune, bonorum,
aut naturalium, aut supernaturalium habetur ratio, cum de meritis agitur
vniuscuiusque. sed aliquid de hac re breuiter disferendum.

Theoria super illud
Deus personam hominis non accipit.

Queritur num semper fugienda sit personarum acceptio? Rte. hic Claudius,
non est habendus qualitatum, dignitatum, et officiorum respectus in causa fi-
dei, verbi Dei, et salutis, sed in ijs, quæ extra religionem sunt, respiciunt que
politiam, et concordiam, respicienda est persona, ne fiat in re publica confusio,
ne reuerentia, et ordo tollatur. nam in hoc seculo Deus seruari ordinem,
reuerentiam, et differentiam personarum. At coram Deo cessat omnis per-
sonatus, vbi neque Græcus, neque Iudeus, sed omnes vni sunt in Christo.
infra cap. 3. v. 28.

Ad idem arguitur addit, Deus personam hominis non accipit. Syriacus ad
fidem, vel Apostolatam non potentiam, non gentes, non scientiam, non opus
etc. Hier. Non enim accepit Moysi, non David, non aliorum. vnde Petrus Act. 10. 34.
in veritate comperi quia non est acceptor personarum Deus, sed in omni loco
qui timet eum, et operatur iustitiam, acceptabilis est illi. quo argumento
se tuebatur aduersus eos, qui quod Cornelium Gentilem captiuisset, et non

Oleum
S. Thomas

Primo per
se aliquid
non est, sed
per se

Chrysost.

Claudius
acceptio
personarum in
causa fidei
repellenda

et 10. 24.
Hieronymus

omnibus

4

5

6



7.

circumcidisset, insimulabant; eodem se tueretur ad presens Paulus, in simili fere causa =
 S. Thomas, accipere personam, inquit, proprie est, in aliquo negotio =
 attendere, quasi regulam ipsius negotij, conditionem persone, nihil facien-
 tem ad negotium. V. g. ad beneficium ecclesiasticum conferendum, si quis
 attendat hominis pulchritudinem, seu nobilitatem, que nihil sane ad rem
 faciunt, acceptor est personarum; si vero consideret honestatem, meram,
 prudentiam, litteras, non dicetur accepisse personam; quia hec conditio-
 nes necessarie sunt. In creatura autem cum nihil sit, quod effectus
 Dei non sit, non respicit personas Deus, sed bene placitum dumtaxat
 voluntatis sue; ut eis dona conferat. Itaque regula beneficij, non con-
 ditio persone, sed Dei voluntas est, Eph. 4. 6. Unicuique autem etta
 Sap. 6. 8. Pusillum, et magnum ipse fecit, omnes autem ad gratiam vo-
cat, non imputans eis peccata. quia 2. Corint. 5. 17. Vetera transierunt,
 et Ps. 15. 4. Nec memor ero quominum eorum etta Iudices autem (ut
 est in proverbio) Dant veniam Corais, vexatq; censura columbas, dimis-
 so enim Barabba, morti adiudicatus est Iustus.

8.

Ambrosius inter omnia peccata sacerdotum hoc maximum est, quod
 non causas, sed personas considerant; et despecto iusto paupere, iniustos
 Civites honorant: multa que nos cogit facere affectus; dumque propinqui-
 tates respicimus corporum, et corporis, et animiq; offendimus creatorem,
 Deus autem Iustus Iudex, et fortis in vindicando, et patiens in expe-
 ctando, personam hominis non accipit, sed causam. quicumque enim
 honorificavit eum, exaltauit illum, et Deus apud proximos suos. Eccl.
 15. 4. Personam (Lamasara, y sobre Sa) attendunt sepe hominis con-
 tra distributivam iustitiam, Deus intima videt, nec fallitur; ideo non
 colorem, sed viscera considerat. vide Cornelium hic

Textus.

V. 7. sed contra, cum vidissent, quod creditum est mihi,
 euangelium preputij, sicut et Petro circumcissionis.

V. 8. Qui enim operatus est Petro in Apostolatium circumci-
 sionis, operatus est, et mihi inter gentes.

V. 9. Et cum cognovissent gratiam, que data est mihi, Iacobus,
 et Cæphas, et Ioannes, qui videbantur columne esse, dex-
 tras dederant mihi, et Barnabæ societatis, ut nos ingen-
 tes, ipsi autem in circumcissionem.

V. 10. Tantum ut pauperum memores essemus, quod etiam so-
 licitus fui, hoc ipsum facere.

Scholia.

V. 7. Sed contra, atque operabantur insidiatores. Lomb. contra ego
 eis contuli aliquid in subsidio temporali: scilicet suscipiens curam
 elemosarum, sed hoc non intendit hic textus: quod per negationem



suum Apostolatam? An ut intelligant Galatę se parem esse Petro? An ut ad
versarij erubescant, qui in tantum Apostolum ausi sunt os aperire, ne
Quom de illius doctrina, et Evangelij predicatione detrahere? Ambrosius
Petrum solum nominat, et sibi comparat, quia primatum ipse accepit ad
fundandam ecclesiam, se quoque parimodo electum, ut primatum
Sabeat in fundandis gentium ecclesijs. Plena aut horitas in Judais
mhi predicatione data Petro dignoscitur, et Pauli perfecta autoritas
in predicatione gentium inuenitur. Unum se magistram gentium
vocat in fide, et veritate. 1. Timot. 2. 7. V. Coel.

Et: Epitexerim habet, et explicat vni illius verbi, vidissont sci
licet in Paulo, et in Petro munus Apostolicum. Petro creditum munus
conuertendę circumcissionis, id est conuertendi Iudaicam nationem,
circumcisioni assuetam.

Augustinus Dexteras dederunt societatis, id est conenserunt, ut Pau
lus in gentes, et Petrus in circumcissionem iret, prout Domini voluntate fue
rat constitutum. Lomb. operatus est Petro, id est, dedit
quicquid Sabet eligendo eum, et mhi, id est in honorem meum, ut ego
essem primus in predicatione gentium, cui Barnabas obediret, sicut
Petrus in circumcissionem, cui ceteri Apostoli parebant. Lomb. idem.

Nota et Petrum gentibus, et Paulum Iudeis Christum annuncia
sse; tamen Pauli precipua Legatio ad Gentes ex professo instituta; Petri
vero ad Iudeos. Nam et noster Franciscus Xaver a Summo Pontifice
et rege Lusitanie Legatus ad Indos, tamen non destitit alijs gentibus
predicare; quippe quis satis aperte sciret, neque id contra suam fore
Legationem, nec minus Deo gratum, et acceptum.

Lombardus ita distributa est dispensatio, ut et Petrus Gentibus, si cau
sa fuisset, et Paulus Iudeis predicaret. quod si obijcias, quamnam ratio
ne Petrus hic V. g. fadere icto cum Paulo, et Barnaba, curam sibi as
sumit gentis Iudaice; siquidem mox reuersus est Romam, ubi iam
cathedralem sedem collocarat, ut in metropoli totius orbis gentium, in
quarum conuersionem maximę deinceps incumbendum sibi erat.

Hinc questioni illad fortasse responderi queat, Petrum, qui in Iudęa
a Domino iussus fuerat ab initio Evangelium docere, tamquam patro
num, ac defensorem datum circumcidis; Paulum vero qui vas electio
nis missus fuerat ad Gentes, earum, et ducem, et propugnatorem de
signatum. quare cum uterque id Sabet et in votis, ut ex omni populo
et natione Deo ecclesiam congregaret; tamen admirabili Dei proui
dentia factum, ut alterijs, qui circumcissione gloriabantur, qua
discernebantur ab ethnicis, et umbris herebant legis, quibus assueti
erant, ad tempus videretur acquiescere; alter vero eos, qui ab iugo
legis abhorrebant, in libertate fidei, et gratię conseruaret, nequa
occasio, vel circumcissionis, vel preputij impedimentum afferret

Christo

+ q. v. 8.
Qui uniu
operatus est
Petro etc. by
Ab eodem
dno utiq; vo
catus est factus
q; idemq; mini
str. ff.



Christo suscipiendo. Propterea verò, inquit Hieronymus, dexteris consertas, et Petri, et Pauli, et aliorum Apostolorum, ne observatione varia, diuersum x̄i. euangelium putaretur; sed et circumcisorum, et Sabentium preputium esset vna communio, ergo secundum Hieronymum, non potestatem, sed operas partiti sunt.

Cornel. quasi duæ scholæ fuerint eiusdem euangelij circumcisio, et preputium; illius, Petrus partes, et magisterium; Suius Paulus doctoris munus accepit à Domino. Quasi in duas prouincias orbis diuisus, alteram Petrus, alteram Paulus assumpsit, ut com. modius et Iudæi, et gentes docerentur, nihilominus utrique in vtraque ius futuri muneris exercendi. sicut, et duodecim Apostolis ius fuit, et potestas in totum orbem, par Petro, licet ei subiecta. Nihilominus singulis sua obligit prouincia peculiaris. vide Eusebium 3. hist. c. 1. quem, et Originè refert Iustinianus. ~~Inklineatij vñi dediti que in q̄ habet ligenda.~~

~~Sua idem Dominus vtrumque vocauit. Alij: idem cum facit ministerium dicitur~~
~~Operatus est. Græcè ἐνεργήσασα ἔνεργη~~
 ἔνω, efficax sum, vim, et efficaciam ostendo, Sabet autem Græcè verbum pro positionem, quasi dicat inoperatus est Petro, siue in Petro operatus est, siue per Petrum, quasi per organum, vim, et potentiam exercuit.

In Apostolatam circumcisionis, id est, ut missus ad Iudæos mira apud eos opera, et insignes virtutes, præclaraque signa effecerit in eorum predicatione, et conuersione. operatus est, et mihi inter gentes. similia per me in gentium vocatione edidit mirabilia. Ex quo inferitur, non impari Paulum, sed potius æqualem Petro; qui quippe cum ambo in vnum ministerium ab vno Domino Christo ordinati, similia patrarint miracula, atque prodigia, spiritu domini, eodem afflati, et adiuti.

Flicit sine præterea Hieronymus, non minus à Paulo fieri debuisse pro euangelij veritate, quod sibi creditum fuerat in preputio; ne gentes difficultate deterritæ legis, à Christi discederent fide. siquidem Petrus, ne perderet sibi creditos Iudæos, absque culpa fecit, ut aliqua ex parte susciperet circumcisionem, et ad tempus obseruaret, quod alias non licuisset. vnde sine culpa, quia Christus in eo operatus est.

V. 9. Et cum cognouissent gratiam, que data est mihi. Hæc secunda causa pacti imiti, sed gratiam pro fructu gratiæ sumit s. Thom. antecedens pro consequente, seu causam pro effectu per metonymiam, alij de gratia, id est de dono Apostolatus accipiunt seu pro dotibus Apostolo, euangelista dignis, que gratiæ gratis datæ nominantur. Quomodo verò cognouerunt? ex signis (ut supra dixi versu 7.) sed videre refertur ad exteriora, que sub sensum cadunt. Cognoscere autem ad interiora, qualis est gratia in animo existens. Cum autem ex signis externis tam munus Apostolicum Pauli, quam fructus eius, siue conuersiones comitantes perciperint Apostoli, non opinor differentiam in verbis aliquid importare. Estius repetitionem dicit esse eiusdem sententiæ, cum vidissent, et cognouissent Iacobus, et Cephas, et Ioannes, quos hactenus doctores id est existimatos appellauit; eos nunc tamquam veritatis huius viuos,

§

presentes, et religiosi testes nominatim profert; qui duo illa in me animad-
uerterunt; et mihi creditum euangelium in circumcisis predicandum, et Apos-
tolatus gratiam collatam.

8. Jacobus Episcopus Ierosolymitanus frater Domini, et Apostolus Alphaei-
filius de quo supra c. 1. v. 19. et Cephas Syriacum nomen Graece ΠΕΤΡΟΣ
Latine saxum, siue petra, idest Petrus summus, et Primus Apostolorum. +
Nec audiendi Dorotseus in synopsi, Clemens Alex. apud Eusebium 2. hist. Euseb.
c. 12. qui Sunc Cepham ex 72. discipulis, unum dixerunt, quid? se Pau-
lus adaequet, nisi primo Apostolorum? Cornelius. Cephas appellatus Petrus. = Cornelius
Ioan. 1. 42. qui Simon ante uocationem, Ideo forsan medius ponitur, ut a dex-
tro latere sit Iacobus, qui erat in sua diocesi; a sinistro Ioannes filius Iebe-
dei, tamquam in aliena: et quia proprius proponitur communi, seu uniuersa-
li; sic epistola eius proposita reliquis Petri ex quadam prerogatiua illicon-
cessa, quasi Iudeorum primo Episcopo, quibus primium fuit predicandum:
et quia postremo intrabunt, Paulus ultima ponit ad Sabreos. Cur alios preter
misit Apostolos? quia ex 12. non plures Ierosolymis hoc tempore inter fue-
re. Hic tandem aperuit de quibus toties dixerit, qui videbantur esse ali-
quid, et quid hac phrasi intellexit explicat subdicens.

qui videbantur columnae esse, ex illorum fallorum fratrum predica-
tione, qui nos nihili faciebant, hi existimantur esse columnae, ut vos illis
credentes, a nostra doctrina auerteremini. At uero illi non minus dissen-
tunt a doctrina istorum Apostolorum, Arias Mont. melius

Theoria, Cur Aph dicitur Columna.

9. qui videbantur columnae esse, idest, qui non solum erant, sed omni-
bus apparebant esse columnae, idest firmamenta preclara ecclesie, qui
bus totum eius pondus incumbat, sustentetur, et regatur. Ps. 74. Ego conf.
colu. eius, idest Apostolos. cant. 5. scruia eius col. gnar. etc. 5. Thomas
crasis Sarum columnarum Christus est. 1. Corint. 3. 11. Aug. non esse,
sed uideri columnas, ait, Nec ad Graeci uerbi proprietatem respexit.
asserit autem septem columnas Sap. 9. 1. esse uel uniuersitatem predi-
cantium, uel septenariam operationem spiritus sancti, ut exponit Lom.
Hieronymus notat posse omnes credentes, qui uicerint adueritarium,
columnas ecclesie fieri, iuxta illud Apoc. 3. 12. qui uicerit, faciam illum
columnam in templo Dei mei; et similiter ecclesiam. 1. Timot. 3. esse colum-
nam, et firmamentum ueritatis. Nec mirum si eadem appellatio, et
corpori congruat, et membris. columna firma, fortis, recta, pulchra,
firmat, sustinet, regit, decorat edificium. sic Petrus, Iacobus, Ioannes,
et ceteri Apostoli fulciebant, stabiliabant, ornabant, et gubernabant
ecclesiam.

Scholia

10. Dexteram ~~derant~~ dederunt mihi, et Barnabae societatis, idest

§

Societas

Socialis dexteras. Et enim Hebraismus, quo signum dicitur, pro adiectivo
 usurpatur, ut illa osculum pacis, amicitiae etc. quae si dixerint, socij su-
 milis, O' Paule, eundem sequimur Dominum, eandem doctrinam predica-
 mus. sic Claud. socij non discipuli, Cai et.

Theoria de symbolo dexterae

Dexterae insertae pacis, concordiae, et amicitiae symbolum. Unde illud Pyta-
 gorae sicut sapienter dictum, ne cuius porriges dextram. quod alius exsa-
 pientibus dixit; amicos necito pares. Jull. sciti, et elegantex; Delige
quem diligas

Dextera consecrata erat fidei ab ethnicis; ideo per eam amare
 consueverunt. Unde Cic. pro Verot. ad Caesarem. Per dexteram te
 istam oro, quam regi Verotara hospes hospiti porrexisti etc. signum
 ergo fidei Dextera, lingua, et cuius sedes credebatur esse. Caesep. Dex-
 tras insertas effingebant, et mittebant, qui in amicitiam redire
 parabant, pacem redintegrare cupiebant. Unde illud Virgilij
Pax mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Scholia.

Dexteras dederunt, fœdus inierunt ex communi consensu decreve-
 runt; Mihi et Barnabe. cur Titum nominare pretermissit. Ut
 scilicet insinuaret, non publice missum inter legationis ministros -
 ab Antiochena ecclesia, sed privatim coasumptum à Paulo sive et
 ait Hieronymus, quia nondum ad eam mensuram pervenerat, ut
 possent ei christi mercimonia ex aequo cum maioribus credi, nec eum
 tenere negotiationis locum, quem Barnabas tenebat, et Paulus.
 Hoc verò Topologicè dictum.

Ut nos argentes. essemus legati, illi in circumcissionem, id est
 ad Iudeos similiter legatione fungerentur, uti à Domino institutum
 fuerat. qui Act. 13. 2. iussit ad opus gentium segregari Paulum, et
 Barnabam, et reliquos Apostolos reliquerat in Jerusalem. Act. 1. 4.
 quibus precepit in Ierosolymis ne discederent. sed quid? Nonne
 Paulus Iudeos docet Christum Act. 14. et 16. et 18. et Act. 9. De eo
 dictum fuit, Var electio nis est mihi, ut portet nomen meum coram
gentibus, et filiis Israel. Petrus etiam nonne Act. 10. iubetur
 gentibus etiam predicare, et ut caput ecclesie, ubi que poterat suo
 munere fungit. Respondetur, omnibus christi ministris presen-
 tibus, siue absentibus dictum est. Marc. 16. 15. Predicite Evangelium
omni creature. et Matt. 28. 19. Euntes docete omnes gentes. Ne-
 rum enim vera prima cura, ac precipua ethnicorum demandata
 est Paulo. Apud quas omnium Apostolorum maxime auctoritas va-
 luit, Deo eius sermone, et factis vim, et efficaciam eximie suggeren-
 te (priorum et ipse partes, ut supra tetigi, pro virili sua defendebat)
 animos etiam conciliante auditorum, et trahente, cum minus tamen

11.

12.

inter Iudeos posset. Quippe qui apud eos sperat & legis, et damnatq; circu-
 cisionis invidia laboraret. Petrus vero Iudeorum imprimis patrocinii
 cum datum est, quos turmatim adducebat ad Christi iugum suscipien-
 dum, qui ipsius voci, propebibus semper. *ΕΥΕΥΥΗΩΝ* id est vim exi-
 miam elargiebatur. Itaque Petrus quasi factus, et expositus ad Iu-
 deos, Paulus ad Ethnicos conservandos, natus, et efformatus videba-
 tur. Lombardus addit, Christi eam fuisse voluntatem, ut Paulus pri-
 mus esset in predicatione gentium, et Petrus in circumcissione, et si-
 cut ceteri Apostoli Petro obedirent, ita Barnabas Paulo. Hinc est,
 ut Petrus, et Iacobus ad eas scribant epistolas Iudeos, qui erant in
 dispersione. Paulus vero ad varias provincias gentium. Quisque
 enim de sibi commissa Provincia singulari sollicitudinem videtur
 habuisse, licet omnibus Apostolis, ac discipulis Christi fecerit ius,
 ubique euangelium disseminare terrarum. sic ex Orig., et Euseb.
 Justinianus annotat.

Theoria De distributione Iudeorum & Gen-
 tium inter Petrum & Paulum.

13.

Clariore Apostoli, qui dicuntur ob firmitatem columnarum, probant dig-
 num fuisse Paulum, qui primatum sortitus sit a Domino in predi-
 catione gentium, sicut et Petrus in predicatione circumcissionis, et
 utrique viro socij iunguntur egerij. quia primis Iudeis promissus
 Christus, ita proximarij Apostoli eis dantur. Paulus postremo vo-
 catus gentibus designatus, quibus ultimis promissiones facte. sic
 Cornelius.

Concilij decreto Baronius ait Sanc Iudeorum, et gentium dis-
 tributionem confirmatam, hocque significari hic a Paulo ait Anno
 51. c. 10. et c. 18. non iurisdictionem, aut populos esse divisos, inter
 hos Apostolos, sed procuratoriam quamdam, et patrocinium illo-
 rum distinctum, atque discretum, ceterum tam Iudeorum, quam
 gentium predicationem fuisse communem (ut et Hieronymus
 ait) ut utrique haberent patrocinium suum proprium, ac ducent,
 quem sequerentur, qui tutaret, qui et Petrum mobilione titulo
 fuisse decoratum, sicut et Christum, quem ministrium circumcisio-
 nis appellavit Paulus. Rom. 15. 8. cum esset totius mundi re-
 demptor, et pastor, cui Petrus successor est factus. vide Baron.
 qui mox cap. 10. inquit, Paulum ideo Apostolum, et Doctorem
 gentium nuncupatum, quod plus collegisset fructus ex gentium
 predicatione, illud que vas electionis esse propheticè dictum a Chris-
 to, ideoque filios Israel ultimo loco nominasse, non quod ultima eius
 cura esset Iudeorum, quos semper vocat primos ad audiendum, sed
 quia pauci erant ei assensuri. unde dicit, operatum sibi Christum
 inter gentes, quia plures ex eis convertentur.

Schol.

Scholia in v. 10.

Tantum subaudi, rogantur, dumtaxat subtraherent, vobis non
nitos voluerunt. refertur enim ad sequentia, ut omnes notant.

Tantum exceptiva particula indicat conditionem pacti federeis.
cognito munere, et gratia Apostolatus Pauli, ceteri Apostoli dextera
data, in signum concordie, et animarum, et doctrine nihil omnia pre-
cipiendum non decreverunt: sed sane unam conditionem, non tam pre-
cipiendo, quam rogando, et pro imitanda, et aucta, non federe, cha-
ritate, deprecando, subiecerunt, et pauperum memores essemus, quod
illis non postrema cura erat, id nobis ne oblivioni esset, imprimis curarunt.

Theoria I.

De quibus Pauperibus. Sic fit sermo!

At quorum pauperum memoria commendata est Paulo a primis Apo-
stolis, universi omnium? an quorundam maxime, et singulariter? Amb.
eorum, inquit, ad quos predicabant. Hieronymus, Aug. Thom. Syrang
Lomb. Caret. Interl. De his existimant Pauperibus factam commendationem,
qui egabant in Jerusalem; quod venditarum possessionum, precium
posuissent ad pedes Apostolorum. Act. 4. 34. Chrysost. Ocum. Theops.
Mariana, etiam Hieronymus. De fidelibus in Palestina bonis, et possessio-
nibus a contribulis, cognatis, parentibus, deturbatis, quod desertor esse
gis putati essent, utrumque placet Adamo, Legionensi, Cornelio, Austro
Claudio.

Pauperes sic fuisse in Jerusalem constat Rom. 15. 26. Probauerunt
enim Macedonia, et Achaia collationem aliquam facere in sanctos, qui sunt
in Jerusalem. Placuit enim eis, et debitorum sunt eorum. Nam si spiritali-
um eorum participes facti sunt, gentiles debent, et in carnalibus mi-
nistrare illis. 1. Cor. 16. 1. 3. De collectis, inquit, quos probaueritis per epis-
tolas, hos mittam per ferre gratiam vestram in Jerusalem. De direptione
bonorum, quam Iudei passi sunt. Hebr. 10. 34. Et rapinam bonorum ves-
trorum cum gaudio suscepistis. 1. Thim. 2. 14. Vos enim imitatores facti
estis fratres ecclesiarum Dei, qui sunt in Iudea in Christo Iesu, quia eadem
passi estis, et vos a contribulis vestris, sicut et ipsi a Iudeis, qui et Dominum
occiderunt Iesum, et Prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent,
et omnibus hominibus aduersantur prohibent et nos gentilibus loqui, ut
saluificent.

Egregie Gaspar Sanchez Act. 11. declarat, et propter venditas posses-
siones amore paupertatis, et propter persecutionem, que facta est, cum
Stephanus lapidatus fuit, qua re veteris proprijs bonis coacti sunt exula-
re Christiani, inopiam contingere. Quare Apostolorum cura, et muneri
erat, his succurrere, et providere. Erant autem constituti viri fideles,

qui eiusmodi pauperibus eleemosynas distribuere. quod ministerium omni
 um primi Diaconi septem ab Apostolis electi presterunt. In Sanc dispensa
 tionem, ac ministerium dicuntur Paulus, et Barnabas ab Antiochia in Ieru
 salem collectam pecuniam deportasse. Act. 11. 29. Discipuli autem, prout quis
 que dabebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus
 in Iudea fratribus, quod et fecerunt mittentes ad seniores per orationis
 Barnabae, et Pauli: ad seniores, inquit, id est ad diaconos, seu viros fi
 deles, qui ministrabant eleemosynas, distribu ebant que pro necessitate
 cuiusque.

scholia

12. quod et sollicitus fui. studium, curam, emixè in hoc ministerium incubui,
 ut opere prestarem; imo non solum feci, ut votis satisfacerem coa pastorum,
 qui tam serio commendarant; sed mea sponte propensus ad misericordi
 am pauperibus exhibendam, iam ante effeceram. quod ex locis modo
 citatis Rom. 15. 25. 26. et 1. Cor. 16. 1. 2. 2. Corint. 8. et 9. patet, sed et
 Act. 11. 29. 30. Hoc ipsum. Hebraismus quo antecedens iterum post re
 latium inculcatur.

Theoria. 2.

13. Cur potius novi Christiani in Iudea se suis possessionibus abdicarunt?
 S. Thomas hic notat ideo in primitiva Ecclesia Deum voluisse, ut quierant
 in Ierusalem, et Iudea circumcisi, nimirum, qui euangelio credebant,
 suis se bonis abdicarent, quia ibi non erant permansuri; si qui dem
 diuino Iudicio euertenda erat Ierusalem, indeque egressuri Christiani,
 quod secus futurum erat in gentibus; quare nec illa consuetudo vendendi
 suas possessiones inter eos viguit; imo ut succurrerent alijs, videtur vo
 luisse spūs sanctus apud illas reseruari proprias facultates; quod innuit locus
 Rom. 15. paulo superius prolatus. Gaspar Sanchez Act. 4. n. 22. ostendit
 neque omnibus Iudeis fuisse propositum, ut bona relinquerent, vel com
 munitia facerent; neque solis in Iudea residentibus id praeistum, cum
 et Alexandrini fideles sub Marco similiter fecerint. Innuit certe Petrus
 Act. 5. 4. in libera fuisse Ananiam potestate, agrum vendere, aut retinere.
 Hieronymus aliam explicationem offert allegoricam, qui pauperes expo
 nit peccatores ex Prou. 13. 18. Pauper non sustinet comminationem.
 quia non potest futurarum poenarum audire terrorem; pauper in
 fide, in gratia, in scientia scripturarum, que argento, et auro, et om
 ni lapidei precioso comparantur, solum est proprium Apostolorum re
 minisci, qui valde egent, sicut et Paulus meminit illius Peccatoris
 Corinthij, quem prius tristitia affecerat, ut deinceps eius miseretur.
 Preterea dignum dicit Apostolatu eorum meminisse Pauperum, qui
 à Domino Matt. 5. 3. spiritu pauperes nominantur, in qua explicatio
 ne generaliter videtur nomen pauperum accepisse. nam rationem

affert Amb. cur pauperum meminisse oporteret, ut misericordiam quidem per quam redempti sunt, colerent. Id etiam preclare Oxum. et Theoph. Prædicationis officium dividentes, curam pauperum non dividerunt. In quo suo exemplo maxime commendarunt Apostoli in pauperes misericordiam, præsertim Ecclesie præpositis, qui locum obtinent Apostolorum. De hoc non nihil refert Pater sustinendus hoc loco eum consule.

Digressio circa V. 10

quomodo, et quo fructu eleemosyna tribuenda de proprijs bonis:

De hac re ea potissimum consideranda, et expendenda, quæ senior Tobias vir sanctissimus præcipit filio suo cap. 4. 7. his verbis: Ex substantia tua fac eleemosynam, et nobis auertere faciem tuam ab ulla paupere, ita enim fiet, ut neque à te auertatur facies Domini. 8. quomodo poteris, ita esto misericors. 9. si multum tibi fuerit abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. 10. Premium enim bonum tibi thesaurisas. 11. quoniam eleemosyna ab omni peccato, et à morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. 12. fiducia magna erit coram summo deo. Eleemosyna omnibus facientibus eam. Hæc inter salutaria documenta, et optima consilia Tobias, senior Juniori filio pater tradidit. qui si exterius lumine captus oculorum, interius tamen per ipsius mentis illustratione egræ præditus erat. Atque adeo breui compendio quæcumque de eleemosyna afferri possunt, complexus, non solum filio, sed nobis etiam reliquit, et consideranda, et imitanda. Nam quæcumque ipse opere præstabat, id sui simillimo filio cumulandum proposuit. In quo palam servatoris nostri typum gessit, qui ut nos disceremus, boni liberi ab optimo parente, diligentes discipuli à sapientissimo magistro, serui fideles à summo domino. Cepit facere, et docere, ut scriptum est Act. 13. 1. quæ itaque eleemosyna (quæ Græcè αλμύνη dicitur nomine satis apto, siue ελεημοσύνη, non minus conueniente ad explicandam benignitatem, ac misericordiam, cuius actus est) quæ, inquam, excellentias, hæc magnifica, munifica quæ virtus in se contineat, sic exponit.

Prima ea est, ut non de alieno, sed de suo quisque are eleemosynam tribuat. Non minus enim eleemosynæ quam hostiæ impiarum sunt abominabiles. Prou. 21. 27. cum eadem sit ratio utrarumque, ut ibidem subditur, quia offeruntur ex scelere, videlicet ex furto, aut rapina, aut usura. Rectè igitur monet Tobias; de substantia tua eleemosynam fac. quod etiam ex labore proprio faciendum suadet Apostolus Ephes. 4. 8. qui fuerabatur

15.

+ diffusius

16.

inquit, iam non foretur, magis autem labor et operando manibus suis, quod
 bonum est, ut sciat unde tribuat necessitatem patienti. **¶** Secunda excellentia,
 ut sine acceptione personae fiat, solum vero attendat indigentia pauperis: non
 ut Turci faciant, felibus, piscibus, avibus: non ut Mogores agris oratis animan-
 tibus, quod refert Sertanus in Job. 4. sed egentibus hominibus. quod videtur
 innuisse Dominus cum Luc. 14. 12. 13. admonuit, ad prandium non vicinos dici-
 tes, sed pauperes debiles, claudos, cecos esse vocandos, ut retributio non ab homine,
 sed à Deo speretur. Anullo itaque paupere avertendi sunt oculi, etiam si
 tibi quandoque infensus, aut in visus fuerit. quod sigillatim exprimit Sirac.
 eccl. 4. 5. cum enim versu 4. generatim monuisset; rogationem contri-
bulati ne abijcias, et ne avertas faciem tuam ab egeno. Versu 5. subun-
 git; ab inope ne avertas oculos tuos propter iram. quae admonitio conso-
 nat Christi precepto Matt. 5. 44. Ego autem dico vobis benefacite his qui
odierunt vos etc. et Apost. Rom. 12. 20. si inimicus tuus esurit tibi illud,
si sitit potum da illi. **3.** excellentia elemosynae, cum ita perfectè fit
ut nulli pauperi desinas benefacere, saltem à nomine faciem avertas, qua-
si repellas, nolis què ei attendere, ac subuenire; sic enim fiet vicissim, ut num-
quam avertum habeas Deum, sed potius propitium, et benefacientem tibi
elemosynae largitori. Huius rei typum referebant duo cherubini, quos
 intra sanctum sanctorum ante arcam foederis collocavit Salomon mutuo
 se respicientes, auro quidem contextos extrinsecus, sed intrinsecus ex olive lig-
 no fabrefactos. Representabant illi quidem elemosynae datores, qui benignè
 proximum respiciunt, et illuunt; nunquam vero à presentia oculis què
 Dei propitiatoris insidentis separantur. quo videtur respexisse Rex psal-
 tes Ps. 51. 10. cum ait sub typo elemosynarij Ego autem sicut oliva fructifera
in domo Domini. etc. **¶** 4. excellentia neminem excedit, aut sui immu-
nem facit, sed uniuersus excitat ad benefaciendum pro facultate, et viribus
 sic D. Paulus hortatur 2. Cor. 8. 12. si enim voluntas prompta est secundum
id quod habet, accepta est, quasi dicat pro facultate rerum, quae suppetunt,
elemosynam largimini, quod si nihil suppetit, non vos constringo. quomodo
poteris, inquit, ita esto misericors. Misericordia (ex 5. Aug. de ciuit. Dei. 9.) est
alienae miserie in nostro corde compassio, quam si posuimus subleuare, compe-
llimur. Itaque sensus ille intender quiescere nequit, donec subuenias alteri, et
 à miseria liberas. quod si non facias, argueris plane vel crudelitatis, vel im-
 misericordiae, non modo in alterum, sed etiam in te ipsum; ergo ne hanc notam
 incurras, ac potius ut charitati satisfacias, cuius debitum nunquam extingui-
 tur, quomodo poteris ita esto misericors, si multa tibi fuerint abundant ex-

17.

tribue

Sana alba erunt: est etiam allusio ad illud Christi Luc. 11. 41. quod superest date
 elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. Daniel hoc consilium dedit
 regi Nabucho donosori. Dan. 4. 24. Peccata tua elemosynis redime, et iniqui-
 tate misericordis pauperum, forsitan ignoscet tibi Deus. quasi dicat, si quod re-
 medium habes, ut Dei iram effugias, hoc est, ut eum, pauperibus subueniendis,
 placatum reddas, atque propitium. S. Aug. de verbis domini in Luc. serm. 30. et
 Ench. c. 25. et 77. refutat eos, qui putabant etiam perueuerantibus in peccatis,
 ea demitti per elemosynam, disponit quidem elemosyna ad remissionem pecca-
 torum; sed etiam debent alia necessaria concurrere, que alibi exigit scriptura scilicet
 fides, penitentia, caritas. et. a. idem Aug. Ench. c. 69. et 70. Septima exce-
 llentia, liberat etiam a morte. id est a multis casibus, in quibus mortem incho-
 res. nisi per meritum elemosynę preuenitus fuisset, vel a morte id est, facit
 ut corpus resurgat ad eternam gloriam cum anima in die iudicij. Interl. a
 morte eterna, Lyra, a morte gehenna; sed hoc pertinet ad aliam excellentiam:
 que sequitur. ¶ Octaua excellentia, liberat a penis inferni. De his tribus ita
 Magnus Leo homil. 12. de collect. et serm. 5. elemosynę inquit peccata delent,
 mortem perpetui ignis extinguunt. et citat Simeon Jobij locum. ¶ Nota. S. Aug.
 addit, Patrocinatur, inquit, elemosyna in die iudicij homini, ut flammam eternam
 non timeat. Verum he quatuor extrema pro vna reputantur, et sic plerique
 explicant, nam a peccato, qui liber fit, simul a morte eterna liberatur, imo
 securus est in iudicio, et in tenebras gehennę minimè eijciatur. ¶ Decima
 excellentia, illis verbis continetur, fiducia est coram summo Deo elemosy-
 na omnibus facientibus eam. quasi dicat, id est, quod per elemosynam donatur,
 quasi Deo creditur, ei que velut ad lucrum, vturamque datur; atque ad deo fiduci-
 am magnam affert non perditam esse, vel certè Sicuti mercimonij nullam iac-
 turam timetur, quoniam Deum sponsorem habet, siue fidei uiuorem, cuius fides non
 potest fieri, ut unquam fallat. Prou. 19. 17. Feneratur domino, qui miseratur pau-
 peri. Hęc pia elemosynę documenta, atque egregia preconiã cum Christi
 fidelibus vniuersis, tum maxime prelati, atque ecclesiastica beneficia obtinen-
 tibus perpendenda proponuntur. Hi enim in primis Apostolorum locum obtinent;
 quorum, ut hic apparet, non extrema cura fuit, elemosynas pauperibus, qui
 cura susputabantur, subesse, etiam ex longè distantibus regionibus procurare.

19.

81

Luc. 11. 41.
 Daniel
 Aug.
 Eleme
 Cui alia
 rant na
 eximia
 peccato
 minime
 7
 Eleme
 ni anti
 8
 Leo Mag
 In form
 10.
 Deo do
 ad usum
 elemosy
 indigen
 Deo do
 symon
 son
 Prou.
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

TEXTUS

V. 11. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

V. 12. Prius enim quam venisset quidam a Iacobo cum gentibus edebat; cum autem venissent subtrahebat, et segregabat se, timens eos, qui ex circumcissione erant.



V. 13. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut
 et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem
 V. 14. Sed cum vidissem, quod non recte ambularent
 ad veritatem Euangelij, dixi Cephe coram omni-
 bus, si tu Iudeus cum sis, gentiliter viuis, et non Iu-
 daice, quomodo cogis gentes Iudaizare?

Argumentum

Mirabile ingenium Pauli hic elucet. Hactenus, ut vidistis authorita-
 tem sue personae secretam, tectamque seruans, doctrinam, quam tradebat
 gentibus, nihil ab ea, quam profitebantur ceteri Apostoli ecclesiae columen,
 discrepasse, subtili prudentia declarauit, nam non minus subtiliter, se in-
 ita, quod maxime intendit sensim insinuans, et in causam Galatarum
 pedetentim ingrediens, quasi aliud agens, sub nomine Cephe, hoc est, Petri
 Apostolorum principis, circumcisionis. Hoc est, Iudaice conuersionis. ante sig-
 nari, patronique Iudaicas obseruationes, earumque emulatores, et factores
 arguit, ac reprehendit, multisque argumentis, et rationibus confirmat
 legem veterem iam mortuam, nec amplius obligare. Itaque admiranda
 vius argumentandi ratione Galatas nititur ab emulatione legis, et cu-
 piditate circumcisionis euocare. Hinc ergo nisi mente fallor abso-
 luta refutatione, qua aduersariorum obiecta diluere conatus est, aggre-
 ditur confirmationem, que potissima pars est Suius epistolae, siue ora-
 tionis, que rhetorum superat artem, et prudentiam. Non displicet
 Chataf. Dum ait, iam hic ab Apostolo ostendi, quam frustra aduersa-
 rij miterentur authoritate maiorum, id est Petri, et Iacobi, qui propter
 Iudeorum scandalum, plus nimio fauebant legis ceremonijs. Salu. sic.
 itaque explicat quam liberè defenderit doctrinam suam Paulus,
 quam predicabat gentibus, approbante Petro, dum tacuit repre-
 hensus. Hec nempe laudabilis insinuationis ars, ut quibus confirmat
 sue personae, atque doctrinae authoritatem, eisdem etiam rebus
 conuellere aggreditur errorem Galatarum, cuius euertendi gratia
 disputatio suscepta est. At quanta authoritas accedit Paulo, eiusque
 doctrinae, cuiusvis est diiudicare.

Arctius S. Thomas asserit hic à Paulo ostendi, quid ipse contule-
 rit ceteris Apostolis, praesertim Petro, à quibus nihil ipsi collatum fue-
 rat, ut supra indicare visus est versu. 6. 7. reuocauit enim, et Pe-
 trum, et reliquos, qui eius facto consenserunt, ab errore, in quem
 lapsi putatus est à communi consuetudine, et mensa Gentium sub-
 trahens se; qua in re, dum Iudeos vult an fide Christi continere, gen-
 tes offendere cepit, et errandi occasionem praebuit. At quis hos
 totos arguat peccati, in gratia confirmatos aduentu Spiritus sancti.
 Respondet Angelicus Doctor à mortalibus fuisse tectos, et libera non

1.

2.

4.

tamen à venialibus. De quo supra cap. l. Versus Proprietaria nota. Verum multi sunt, qui liberum ostendant Petrum omnino à culpa de qua videbis in Theoria 2. De qua tamen Cornelius, ita peccatum Petri non fuit infide, ut temerè quidam dixerunt, sed in facto, scilicet simulationis inexcuse, id est professionis Iudaismi, qua gentes iustam occasionem habuerunt existimandi Legem Moysis ad salutem necessariam, seducendo enim se à Gentibus eos seducere potuit. sed hoc peccatum fuit veniale, vel materiale, tantum ex inconsideratione, et defectu prudentie quod timeret Iudæis magis, quam Gentibus, quasi illorum proprius patronus, quum et opina batur gentes firmas futuras, intelligentes quod faceret. vix enim potest humanae mentis infirmitas in rebus singulis omnes circumstantias considerare, et librare, ut non aliquando cacutiatur, eligatque quod sibi bonum videtur respectu unius, non considerans id malum esse respectu alterius. sed hæc obiter; postea enucleatius agemus. Scripandus dicit, refutari eos, qui ex hoc facto volebant suadere Galatis, dissentire inter se Petrum, et Paulum, quos vera narratio coarguit. Lombardus sine colligi vult Paulum non impari fuisse illi, cui resistit in faciem, et non temerè, cum reprehensione dignus esset, si non pro se, tamen pro alijs.

Scholia. m. v. 11.

3.

Cum autem. Post ea scilicet, que acta sunt Hierosolymis in Concilio Apostolorum, ut placet Baronio, Spondano, Justiniano, Tenebræ, licet Augustino ante concilium videatur, quem sequitur Gaspar Sanchez. sic enim historia textitur sic à Paulo, ut à Luca Act. 15. post acta concilij ad res Anthiochenas transeuntes, licet ista Historiographi licentia usus, hoc factum Petri silentio pertransierit. Venisset. Fortè ut illam ecclesiam inuisseret, suaque presentia consolaretur, et et consilijs promoveret, ubi ipse primariam cathedram per septenium collocarat, et gubernarat, quam tamen à secundo Claudij anno, id est christi 44. transtulerat Romam in sede Anthiochena Bôdio relicto.

4.

Cephas. id est Petrus Apostolorum princeps, summus Christi Vicarius, et orbis christiani pastor, et pater supremus. Nimis aliena illa est opinio, (que tribuitur Clementi Alexandrino apud Eusebium 2. historie cap. 127. et Dorotheo in Synopsi) que asseruit. Sic de Cepha uno ex septuaginta duobus, non de Petro mentionem fieri, videntur duci coniectura quod Martialis Cephas ipsius verus reperitur in epistolis. Græci Petrus legitur, et sic vertit Erasmus, et aliq. translationes. Figurina, Pagnini, Vatabli, etiam

Secum. Chrysost. Hieronym. Vatablus. tamen aliqua exemplaria Græca dicunt Sabere Cephas. Certum autem est Soc versu 11. et superius versu 9. de eodem fieri sermonem; ubi dubium non est, quin Petrus numeratus sit cum Iacobo, et Ioanne, qui dicti sunt columna Ecclesie; neque illud effugium necessarium, ut Petrus liber à culpa, Paulus ve à nota immunis appareat, ut infra patebit.

Antiochiam, quæ erat caput totius Syriæ, ubi primarius præses à Romano imperatore missus residere solitus est, cui reliqui tamquam minores præsides, etiam Hierosolymitanus, parebant. Eiusmodi fuit ille Cyprius Luc. 2. 2. sub quo facta descriptio prima. Item Vitellius, qui postea obtinuit imperium, licet brevi spacio, à quo Præside, et minor Præses Pilatus, iudicatus, et damnatus fuit. S.

Infaciem, Erasmus in facie vertendum dicit, quia et commentarij manifestè, palam, in conspectu omnium, interpretantur, et contumeliosius videtur in faciem. sed absit contumelia libertati Pauline, Apostolice licentiæ, confidentiæ Christianæ. Græcè κατὰ πρόσωπον. Syr. in faciem, illum coargui. Arias Mont. in faciem. Clar. in facie, ita Pagninus, Cathar. Salm. Caiet. 2. Cor. 5. 12. scriptum est, in facie gloriantur, et non in corde, id est exterius, et cap. 10. 7. quæ in faciem sunt, videte, id est quæ apparent. Utrouque loco Græcè κατὰ πρόσωπον. Salm. iuxta faciem, id est apparenter, per schema, seu figuram, non re vera. Chrysost. iuxta faciem, id est in speciem, Hieronym. secundum faciem publicam, eodem sensu, sed non aptè ad contextum, et mentem Pauli. Græca phrasis in faciem, siue in os, vel secundum personam, vel contra personam. Hisp. en la cara, en el rostro, en su presencia, Soc est, liberè, ac sine ullo timore, aut humano respectu. Alij palam, ac publicè, infra versu 14. coram omnibus. Hoc probatur Valsg. Nam si redditur à vulgato interprete alias κατὰ πρόσωπον, ut 2. Cor. 10. 2. secundum faciem quidem sumilis sum inter vos, id est in presentia, et Act. 25. 16. Nisi is, qui accusatur, præsentem (Græcè κατὰ πρόσωπον) Sabeat accusatores.

Ei restiti, αὐτῷ ἀντίστην, Illi me opposui, aduersus steti, nempe ut vim facti, atque exempli eius, quasi impetum fluminis succrecentis, retardarem, reprimerem, atque tenerem. Aliòquin non parum damni timeri poterat. quod accidisset, nisi opportunè, ac tempestivè provisum fuisset. 6.

Subiicitur ratio huius oppositionis, siue contradictionis, quia reprehensibilis erat. κατ' ἑναντίον. Erasmus. Tigur. Pagni. Vatab. et Chrysost. Secum. Ambros. Clar. Cathar. Legunt reprehensus erat. secundum Sane lectionem diuersæ interpretationes sunt. Intelligunt enim si authores nequaquam à Paulo reprehensum fuisse Petrum, sed eius facto obuiam itum. Secum. reprehensum intelligit à Iudæis, cum venisset Petrus à Cornelio recenter conuerso, qui cum communi mensa usus fuerat. Admonitus certè ab spiritu Sancto, ut nullum 7.

reputaret immundum, quem baptismo Christus mundasset. Igitur, ne Iudei persisterent in errore, communitum Petrum à Paulo, ne à communi gentium conuictu recederet; quod vidisset conuersos aliquos è Gentibus conueniri, se tamquam immundos à Petro desertos, et si querellæ non palam, sed clam, et in occulto essent. Theoph. quia deprehensus inquit iam, et condemnatus à Iudeis, cum venit à Cornelio, nunc subtrahit se, ne iterum ab ijs deprehenderetur; sed non tulit Paulus, et restitit. Minus probabilis hæc expositio. Chrysost. Deprehensus, inquit, non à me, sed ab alijs. Hieronym. Deprehensibilis non à Paulo, sed à fratribus. Adamus, opinatur in Hieronymi commentario reprehensus legendum; quia alijs non adderet casum à Paulo, et fratribus. Erasmus, Deprehensus, et damnatus ab ijs, qui de Petro male iudicabant, etiam si reprehensibilis non erat. Ambros. Deprehensus, inquit, à veritate, quia veritas ipsa euangelij eo facto visa esset labefactari.

Nihilominus participium κατήγορος, more Hebræo positum loco nominis, non actum, sed habitum significat, ut Ps. 112. suscitans à terra inopem, non semel, sed ea est eius potestas, et consuetudo, quod suscitet quoties placuerit. Gen. 23. 16. Probate monete publicæ, ex Hebræo ad verbum argenti transeuntis per mercatores, moneta corrente entre mercaderes. Et nomen mercator, et participium mercans, Hisp. mercader, merchante. officium, seu actum, habitumque significat. Hebræi quidem, ut notat Adamus, et Salmeron utuntur participio passiuo pro nomine verbali terminato in bils. 2. Reg. 1. 23. Saul, et Ionatas amabiles. Hebræicè amati, seu dilecti, ut venterunt septuaginta Græcè αγαπημένοι, Ps. 47. Magnus dominus et laudabilis nimis. Hebr. laudatus nimis. Ergo Paulus Hebræos suos imitatus in Græcis, quod per calluit interpret, atque adeo recte vertit reprehensibilis, ut id significaret, quod latebat in Hebræismo. q. d. erat dignus commitione, siue notam reprehensionis iam visus est incurrere, vel incurrere, vel saltem inuolurus, nisi obuiam itum esset prudenti consilio coapostoli sui Pauli querellas sentientis Gentilium conuersorum. In sum sensum Arias transtulit quia notandus erat. Vatabat etiam secundum Hebræicum idioma, quia reprehendendus erat. Figur. etiam reprehensibilis, id est reprehensione dignus. Titel. reprehendendus veniebat, et reprehendere oportebat propter periculum. Syr. quia offendebar in eo. Caiet. Scrip. et Chathar. reprehensibilis, siue reprehensus, vel notatus, non palam, sed secreto à Gentibus, admiratione nouitatis comonatis, et turbatis. Gagneus arbitratur Græca aliter habuisse, scilicet κατὰ νόσον, quod etiam credit Valsues, et propter auctoritatem vulgati interpretis, et propter meliorem sensus acoluthiam. Vide infra Theoria 2. exactiorem discussionem.

8. Quod summatim dixit deinceps per partes exponit. Prius enim, explicat sigillatim nationem, quam sabuerat resistendi Petro. quam venissent quidam, ex Iudeis scilicet christianis, missi aiunt scholia Græca, forte non omni si, sed Hierosolymis venientes, ait Salmeron. Hi erant primi, atque primarij

fideles, quorum ratio precipue Sabenda fuit. Ut autem plus iusto legis Moysaeq; studio fierent. Catharinus quidam id est non digni nomine, quia falsi fratres, propterea à Jacobo missi, ut vitaretur scandalum acceptum ex eo, quod gentes, quae veniebant ad fidem, non erudiebantur de lege; imò rumor sparsus erat discessionem à Moysae per Apostolos doceri, et ita erudiri ipsos Iudaeos, qui gentibus permixti erant, ut patet Act. 21. 21. Aug. quist. 20. Sic favet sententiae.

A Jacobo Minore fratre Domini Hierosolymitano Antistite, qui dum legalia tolerarabatur, eorum maximus observator erat. Nolebat enim Iudaeos offendere (quod fecisset, illa despiciens) ut sine impedimento Iudaeorum salutem operam navaret. quod et alij Apostoli similiter fecerunt, et ipse Paulus temporari cedens, aliquando prestitit

Cum Gentibus, ad Christianam conuersis edebat, suillam, et alios sine ullo discrimine cibos etiam per Moysen in lege prohibitos, sciebat enim iam cum Christo legem mortuam, nec amplius obligare.

Cum autem venissent subtraherebat, quovis quesito colore, et segregabat se, clam, scilicet à mensa, et cibis gentium ad fidem admissarum. Jigur. Pagni. Vatab. Syr. subduxit, et separavit se ipsum. Quod tamen non temere, sed optimo consilio faciebat, nimirum, timens eos, Syr. quippe qui timeret ab eis. Hellenismum animadvertit Baromius, timens eos. (ut Sabent Jigur. Pagn. Frasm. Arias, Clar) pro timens eis, sic infra cap. 4. 11. Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. non enim metuebat aliquid ab eis sibi eventuram mali, sed cauebat, et providebat, ne ipsis eveniret, ut offendiculum passi resilirent à fide. Scholia Graeca. Oecumenij.

Qui ex circumcissione erant, ex Iudaismo conuersi ad Christum, qui bus vix extorqueri, aut ne vix quidem poterat, ne ceremonias legis observarent; quibus ad hoc assueti, quarumque nimis religiosi erant, tantisper id tolerantibus Apostolis, dum fides, et gratia radices agerent. His itaque pius pastor, et pater amantissimus cautum esse cupiebat; quare ab omni scandalo, et offensione, ut servaret immunes, ac liberos, morem illis in hac parte gerebat, simulando se legis observatorem. quod nisi fecisset, Deus immortalis! et quas turbas excitavissent? quanto in periculo res christiana esset inter Iudaeos? se desertos clamarent, se legalibus spoliatos, ad Gentilitatem translatis, ipsum principem Apostolorum; penes quem erat summa rerum, Gentiliter viventem; suum patronum cum Gentilibus communibus utentem cibis; non iam protectorem, sed desertorem suae legis quererentur. Erat autem timor Petri non humanus, sed mundanus, sed misericordiae, et Charitatis. Scholia in V. 13.

Haecenus factum Petri, et causa propter quam fecit, quid se cutum sit, deinceps exponitur hoc versu, Et simulationi eius. Ergo non verè, aut ex animo, sed simulate, fictèq; legalia prestabat opera; ut morem gereret Hospitibus Hierosolymitanis. quae tamen simulandi ratio, dum legis ceremoniae permittentur, culpa carebat, licitèq; assumi poterat; si

nihil aliud obstaret, an obstiterit, mox videbimus. Consenserunt, non solum annuentes, sed imitantes etiam facto. ὁμοπροεξιδήσαν, Frasm. Una cum illo simulauerunt. Pagn. Vatab. Una cum illo simulabant. Syr. Simulabant una cum eo ad Soc, ceteri quoque Iehoudai, ita ut et Barnabas abduceretur in accessionem vultus eorum (illorum simulatione). Arias. Et coassimulabant ei, et ceteri Iudqi, ita ut Barnabas abduceretur eorum simulatione. Chrysost. Occum. et Hieronym. Dispensationem, Græcè ὁμοδοξομίαν, id est bonam gubernationem appellant, prudentiamque, et cautionem volunt fuisse hanc simulationem, ne offenderentur fideles Iudqi, qui venerant à Iacobo.

Ceteri Iudqi iam Christiani, qui Antiochiæ habitabant. Sui enim doctoris, ac Patroni, et totius ecclesie capituli exemplo, atque vestigijs sibi ingreditum pulchrum existimabant. Ita ut, exaggeratur incommodum ex exemplo Petri consequutum.

Et Barnabas Res mirabilis! Is qui gentium partes agere debuisset, quasi illarum doctor, et Apostolus currentis velut agmine fluminis raptus. Duce retur ab eis in illam simulationem. Græcè ὁμαπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, id est pariter abduceretur illorum simulatione. Hypocrisis per Catachresim dicit Salmeron hinc appellari subtractionem à Gentibus, (colligit hinc Baranius satis longè ab culpa abfuisse Petri factum, siquidem non tantum alij Christiani, sed et Barnabas tantus doctor, et Apostolus imitatus est) Barnabas igitur segregabat se interim à Gentibus, earumque moriam vitabat. In quantas vires exemplum in dies capiebat, quam latè manabat. Hoc incommodo animaduerso, quid egerit Paulus iam audi.

11.

V. 14. Sed cum vidissem, ^{Schol. m. v. 14.} significat se id aliquando tolerasse, quandiu illos imbecillitati Iudqorum obsequiare vidit sine detrimento Gentium. Sed cum. Progressu temporis ex multitudine eorum, qui se subtraherent à Gentibus Christo iam seruientibus. vidissem ego Paulus, cui Gentium procuratio, et patrocinium incumbit, et aequalance ponderans omnia, certus essem multo maiorem offensionem, et perniciosius scandalum ad Gentes posse pervenire: cum ea cauendi ratio iam in contemptum earum, imo et in euangelicæ gratiæ detrimentum redundaret. Nam Gentes sic despectæ, vel coniungendum simul cum lege euangelium (quasi absque illa minus prodesset) existimarent: vel ab eius professione, ne legis onera subirent (grauia illa quidem, et minimè ferenda) cogitarent discedere.

12.

Quod non rectè ambularent ad veritatem euangelij, causa hæc Paulinq; commonitioris, quod animaduertit id consilium, ac factum noxium esse incipere Gentibus; quas tacitè ea res ad obseruantiam Mosaicarum legum ducebat cum insigni iniuria euangelij, licet non volentes, sed imprudenter eò devenissent, qui id consilij secuti fuerant. Græcè ὁρθοποδεῖν, i. recto pede ingredior, rectè ambulo, recta via incedo. Aug. Tert. Ambros. Voi, è ando compie derecho. Contrarium est claudicare, ille verò dicitur rectè ambulare, qui nullum vitium ambulando facit. Non solum quod à via non aberrat, nec

Deflectit ad diuerticula sine causa; sed nec claudicat pedibus, nec prauè, seu
 distortè, aut parum firmiter solo pedem figit; nec vacillante pede, nec titubante
 itinere fide, incedit. Quo vero ex his modis vicium incurrerent Iudei cere-
 monijs addicti Mosaiis, liberum prudenti fuerit opinari. quibusdam vide-
 tur à Paulo eos argui, quia infide vacillarent, nec in veritate firmiter
 pedem figerent, dum legis ceremonias, et umbras seruandas sibi propone-
 bant. Quod de Petro nec cogitare quidem licet. qui si umbrarum diuerticula
 interior quæsiuit, causa iusta fecit: ne socij videlicet itinere umbris legis as-
 sueti, si omnino ijs uti prohiberentur, in via deficerent, ac retrocederent. -
 Nam et lippis, et imbecillis magna, imo etiam moderata lux officit, præ-
 sertim ex caligine egredientibus nisi remedio opportuno succurratur. Vno
 nec solis æstum, nimium tenera capita ferre queunt, nisi galeri umbra pro-
 teoantur; sic illi noui ex Iudeis Christiani umbella legis quodammodo pro-
 tegebantur; idque eis permittum, dum assuescerent luci euangelicæ, et so-
 lis iustitiæ, seu gratiæ radijs accipiendis fortiores redderentur. Quod non rectè
 ambularent. De Petro, et Barnaba quidam intelligere malunt cum Au-
 gustino, et non de reliquis Iudeis solum, ut Cat. Sar. et Salm. Claudicabat
 Petrus, inquit, salmeron, cum iam Gentiliter, iam Iudaiçè viueret, iam
 Legem amitteret, iam seruaret. Non admitto, nam Petrus sciebat legem
 abrogatam, ex quo vidit Lintheum Act. 10. sed conuincbat Iudeis, dum
 sensim à consuetudine legis ablactarentur. Erasmus. certè non de Petro, sed
 de alijs Iudaisantibus, quibus conuincbat, intelligendum dixit. Anselmus
 Claudicabant, inquit, altero pede. id est, quantum ad Gentes, quantum sa-
 lutem negligebant, quantum verò ad intentionem bonam de salute
 Iudeorum rectè ambulabant, quantum ad Gentes non rectè ad verita-
 tem euangelij tenendam, et prædicandam, quia per hoc peribat veritas:
 si Gentes Iudaisarent.

Perstrinxit autem Galatas legis auidos cum dicit, Non rectè illos
 ambulare, quorum facta noxia Gentibus esse inciperent. cuncta
 citè ad obsequantiam Mosaiicarum legum inducerent cum iniuria
 euangelij, cum tamen fortè re ipsa, non voluntate errarent; erat
 enim alia mens Apostoli Petri, et ipsorum imitantium; qui dum taxat
 obuitandum scandalum Iudeorum simulabant legis cultum, dum
 adhuc licebat, cassis uti ceremonijs. Alia verò ratio illorum, qui
 putabant etiam tunc necessarium. que Iudaisantium opinatio ni-
 mis, aliena erat ab euangelica gratia, et veritate. Itaque hoc mo-
 uit Paulum, ut amore, et zelo veritatis scandesceret, insurgeretq;
 aduersus Petrum, qui videbatur suis parti Iudeorum suo exemplo
 fauere. quare licet oburgationem dirigere se ostendat in Pastorem,
 tamen oculos prauè incedentes percutit. quas nititur ab umbra
 ad lucem revocare, à diuerticulis ceremoniarum, ad planam, et
 rectam viam Christi reducere.



Imo illud maxime notandum, quod praesentiam indicat Apostoli Pauli; toto hoc sermone Galatas peti; et sub aliena persona deserte veritatis, quam sincere acceperant, accurari: si enim, qui Petrum communem Ecclesie Patrem videbantur habere duce[m] retinende legis, tam arguantur vehementer, quanto magis argueri, atque dam-
nandi, qui, nescio, quorum pseudo-Apostolorum dogmata falsa, atque nociva sequebantur. Illud etiam hoc facit enarratio, ut intelligant Galatae quam certus sit, ac fuerit de sua doctrina, quam ipsis tra-
didit suus Doctor Paulus, ut pro ea uenda non dubitaret aduer-
sus Principem Apostolorum Petrum publice arma capere, et ra-
tionum tela vibrare. quibus tamen, et ille libenter manus dedit.

14.

Ad veritatem euangelij: que umbras rejicit, sinceritatem amat, sola sine legis onere sufficit ad salutem, vetat non modo cir-
cumcidi, sed ab incircumcisis christianis non segregari, ut voluit
scholia Græca: Veritas euangelij, inquit Anselmus, hæc est, ut ho-
mines iustificentur ex sola fide sine operibus legis, ut tibi omnes na-
turaliter mundi credantur, ut Doctores ecclesiastici, nec Iudæorum,
nec gentium salutem negligant.

15.

Dixi Cephæ coram omnibus, et in eo omnibus. En altera circums-
tantia commorationis, nimirum modus, quia inspectantibus, et audi-
entibus cunctis christianis, forte in publico conuentu, siue ex concione
in ecclesia. Nunc exponit quod superius dixerat in faciem, siue
iuxta faciem, ut alij vertunt. Consulto autem presentibus reliquis
christianis hæc facta est admonitio, inquit Interl. Scho. Græca, Clar.
Baron. ut omnibus prodesset, qui ex circumcissione erant; uniuersisq[ue]
unius sanarentur obiuigatione. Iam enim adeo late patens, et
in oculis omnium resposita id exigebat; nec aliter satis commodè
posset mederi incommodis, que inde, ni opportunè occursum fuisset,
exoriri posse videbantur. Sunt autem verba reprehensionis, seu
potius ut Chrysost. loquitur familiaris admonitionis, (que tamen ut
necesse erat suam habuit acrimoniaq[ue] vim) que deinceps sequuntur,
Anselm. non, inquit, tunc quid verum esset docebat Petrum, sed eius
simulationem arguebat. Sciebat enim Paulus Petri mentem de hac
re; siue quia iam eo euangelium contulerat; siue quia eius reuelatio-
nes de Cornelio audierat; siue quia sæpe videret cum gentibus discumbentem.

16.

Si tu Iudæus. Argumentatur ab exemplo, et coniugatis ex illo
principio, quod tibi non vis alij nefeceris, ac si dicat. Tu Iudæus non
Iudæifas, et vis alios non Iudæos Iudæifare? Item. Tu Gentiliter viuis,
et vis gentes non ita viuere; dissentaneum hoc rationi. Hanc vim
habet conditionalis illa particula si. si tibi hoc vis, alijs velle debes,
et contra, si tibi non vis, alijs simul velle non debes; ergo non repu-
um est, ut contrarium effeceris, ut visus es facere. Gentiliter enim
viuis edens cum gentibus, et cogit Iudæifare, segregans te ab eis,

Sic modus, et ratio viuendi non rectè consonat euangelicæ veritati, que non solum umbras legis sua luce fœgat, sed omnem hypocrisisim sua simplicitate repellit; ergo si cogis Judaisare gentes, non rectè ambulas ad veritatem euangelij. Videntur mihi Pauli sapientissimi Apostoli verba, quibus factum Petri pastoris summi ecclesiæ arguit, Superbolum sapere, quæ debuit vti, vt pondere verborum deterreret eos, qui Iudaismo erant propensi; et fortè magis exaggerat, seruata veritate, ad Galatas scribens; sed malo doctiorum sequi iudicium, fortè Doctorem ferit, vt discipuli corrigantur.

Si tu Judeus cum sis. Singula verba emphaticè habent. particula si vim prebet argumento, quod procedit à maiori ad minus. si Judeus suam sibi non iudicat seruandam legem, minus existimabit seruandam alienis, et exteris gentibus; quibus Lex imperata non fuerat; ergo non erat consentaneum, vt, quod ipse repudiabat, alijs suaderet; præsertim cum magis ad ipsum quam ad alios ea res pertineret. Judeus natione, et genere circumcissus ab infantia educatus secundum Legem Iudeorum. Gentiliter. Scilicet more gentilico, et non Iudaico. Antiochiq, nam Hierosolymis Iudaicè vixerat. Cathar. Gentiliter aliàs in malam partem sumitur, vt illud 1. Thesal. 4. 5. sicut gentes, quæ ignorant Deum. sed sic iuxta subiectam materiam sumitur. pro liberè, et sine vlla legis obligatione ad ceremonias, idem est, et non Iudaicè superstitiosè, et non secundum legis obligationem discrimen ciborum faciens, vt Lex precipit. Vel sic cum tu Judeus potius Gentium, quam Iudeorum more viuere, atq, agere velis; vt omnes nouimus, et tu pulchrum, et decorum iudicas, secundumque Dei voluntatem eam viuendi rationem amplexus fueris; quomodo, id est unde, aut quare, qua ratione nixus? Interrogat, vt vigeat, quia difficile, aut nullum est responsum, quo sibi satisfiat. Cogis. non imperio, sed exemplo, quod, vt ait Leo Papa, validius est quam verbum, imo, vt ait Caiet. facta superioris non tam inuitant, quam cogunt ad imitandum. En, ait Catharinus, quantum possit principis authoritas, quam vt rectè viuendi normam cuncti venerantur; eiusque exemplum pro lege viua habent. Cogis, inquit, facta, et non ex intentione, sed per accidens ex inscitia Gentilium, qui errandi occasionem inde sumebant. Gentes cur non dicit et Judeos siquidem ipsi eodem exemplo cogebantur Iudaisare? vt ostenderet se suorum curam gerere. Scholia Græca. Gentes, quas neque genus, neque mos, neque suscepta religio, neque maiorum aliqua authoritas Legibus subiicit Iudaicis. Gentes Iudaisare, dum non ita quidem legum obseruatori videri vis, adigis fideles Gentium, vt esse optent, et ipsi Iudæi; que se contemni tamquam immundas arbitrantur, dum vident te, et alios Iudæos ab earum consuetudine, et conuictu abhorrere.

Quocirca in eam opinionem inducuntur, ut credant sibi necessariam esse ad salutem circumcisionem; nec satis esse Christi gratiam absq[ue] lege. unde et Iudei fieri, atq[ue] adeo, seruantes legis ceremonias, etiam quod te facere cernunt, volunt. Iudaizare, id est, Iudeorum ritum sequi in discretionem ciborum, et receptione carnalium obseruationum; quare quid magis à Christiana institutione alienum? quid magis euangelio, eiusq[ue] veritati contrarium? cum (ut tu bene nosti, atque in publico conventu Apostolorum professus es) nullos cibos in lege gratiè immundos reputari, vmbraeq[ue] legis antiqua ad lucem euangelij dissipatas evanuisse certum sit. Quam obrem qui, et cum Gentibus communi mensa utens iisdem cibus vescens sepe, ac diu conversatus es, et onera legis, grauissima illa quidem, et importabilia discipulorum Summis non imponenda sanxisti; cur modo id facias? Ex quo occasionem arripiant Gentes Iudaismum amplectendi; et qui libertatem per Christum potiuntur, seruilē rursus legalium conditionem subire compellantur. Ecce qualis fuerit admittio, seu oburgatio Pauli Gentium Apostoli aduersus Apostolum Iudeorum Petrum; quem dum ita arguit, potius Iudeos quam ipsum vult Iudaismi coarguere; sed in caput retorquet tela reprehensionis, ut maiorem vim habeant in subdita membra; simul etiam speciem induit, ac personam defensoris, ac patroni Gentilium conuersarum, quo melior fiat oratio, et inuidia careat, ut Chrysostomus annotauit.

Theoria. I. An Iudeis à morte Christi, et quousq[ue] liceat Iudaizare?

12.

Ratio dubij, quia Petrus cum visionem lintei habuit confessus est se nihil commune, aut immundum unquam manducasse, quod indicat ipsum seruasse antea semper usq[ue] ad illum temporis articulum preceptum legis de cibis non vescendis.

Deinde Iacobus episcopus Ierosolymitanus suasit Paulo, ut secundum legem se purificaret; ut cernerent Iudei falsum esse quod audierant ab ipso Paulo predicatam discessionem à Mose, et legalibus. Item, cum Paulus Timotheum circumcidit, ne Iudeos offenderet fideles constituens in circumcisum hominem in episcopatu, numquid non iudicabat licitam esse Iudeis circumcisionem? quid cum Petrus metu Iudeorum aduenientium à Iacobo se subtraxit à Gentibus, et Iudeis adhesit ceremonias simulans se obseruare Iudaicas, nonne id licere existimabat? Preterea cur Iudei fideles tam anxij sunt de obseruatione legis, si ab Apostolis dixerunt iam mortuam, et inutilem esse? et si putabant utilem, vel necessariam adhuc post predicatam Christi fidem, et gratiam; cur eos Apostoli non ab errore conabantur reuocare? quin potius illis annuebant,

et consentiebant; ut patet ex dictis supra de Iacobo, Paulo, et Petro. Num.
 Apostoli licere putabant: qua ratione mixti, rem inutilem permittent: imo
 noxiam: ex qua scandalum ingentes redundabat, ut putarent, quod Ebio
 nitarum Heresis asseruit, non sufficere sine Mose Christum, neque grati
 am sine ceremonijs ad salutem. Unde etiam constat per tempus. Leuissime
 Legalia, quantum istud tempus duraturum erat: dum promulgatur suf
 ficenter euangelium. Nonne satis publicatum est ipso primo anno post
 aduentum spiritus sancti, cum Eunuchus, et Cornelius, siue secundo cum
 Paulus conuersus est, et cum Samaria recepit fidem; at post multos
 annos Paulus circumcidit Timotheum, dum Synagoga fuerit parenta
 lia, ut non sine honore tumultanda fuerit; siquidem in figuram eius
 rei Mosem fleuerunt Iudaei 30. dies totos, cum Deus eum occulto sepeli
 uit in loco, ut amplius eius cadauer non aperuerit; cum nec Iosue
 fleuerint, nec absconderit illum Deus in significationem legis gratiae,
 qua futura est perpetua: cum Synagoga, et lex eius cum Mose fuerit post
 honores tumuli ex viuis releganda; vel dum seorsim Iudaei teneri infide
 oblectantur, et auelluntur a consuetudine, dandum illorum fuit infirmi
 tati, ut ceremonijs assuetis inhererent; vel sacrificijs antiquis in honore de
 bebatur; ut non sicut idololorum cultus statim tamquam abominanda, pror
 sus reijcerentur; sed nonne satis fuerat hoc tamquam lethalia semper
 detestari, illa vero Legalia tamquam inutilia, et fructu cassa repudiare? x

At cur Christus, ^{aut} Legem, et prophetas usque ad Ioannem? Lex, et pro
 phetae usque ad Ioannem. scilicet prophetauerunt futurum Christum; at
 Ioannes presentem annunciauit, ac digito ostendit, quid velum templi
 scissum a summo ad imum significauit.

Hieronymus affirmat nunquam licitum fuisse seruare Legalia;
 sed si quando id videntur Apostoli fecisse, non animo seruandi, sed
 quasi rem alias ob causas faciendam, ut quietem sumebant etiam Sab
 bato ob lassitudinem, Iaridum incapone vitabant, ob stomachi fastidium:
 At Augustinus vult Legalia seruata aliquo tempore, sed non ut salu
 ti necessaria, sed ob consuetudinem, et infirmitatem Iudeorum, ut dixi
 mus alias, vult. 5. V. 4. 7. 7.

Prima Assertio, In mortis Christi puncto cessauit Lex vetus, siue
 Mosaiica; ita ut deinceps neque obligationem praestulerit, neque uti
 litatem ullam suis obseruatoribus importarit. Eodem quoque temporis ar
 ticulo Lex euangelica cepit in precepto esse. Huius assertiois aut
 hores numerat Iudon. Tenas super ad Heb. c. 8. Diff. 6. sect. 6. Mo
 liriam, Valentiam, Valsq. ex nostra Societate, et ex antiquis scriptoribus
 S. Thom. Bonau. Palud. Richard. Durand. Adria. vide ibi. sed ra
 tiones adiungamus. Priorem partem suadent illa verba Christi Ioan. 19.
 consummatum est, vetus scilicet testamentum completum est; atque adeo
 finem habuit in morte Christi. Imo hinc etiam posterior pars suadetur.



Nam tunc consummatum est opus redemptionis, de quo Heb. 10. 14. Vna enim oblatione consummavit in eternum sanctificatos. Hęc autem oblatio morte Christi continetur. Confirmat quod narrant euangeliste, in morte Christi velum templi scissum à summo usque deorsum in duas partes. quid hoc significauit, nisi vetus testamentum discussum fuisse, et irritum factum; dum confirmatur nouum testamentum, morte Christi testatoris; ut patet Math. 26. 28. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, id est quo nouum confirmatur testamentum.

Probatur etiam assertio ex varijs Pauli testimonijs. Heb. 7. 12. Translato enim sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. At in Christi morte sacerdotium leuiticum fuit translatum in eternum Christi secundum ordinem Melchisedec; ut etiam ostendit Paulus Heb. 9. 11. cum ait de Christo, per proprium sanguinem (id est moriendo) introiuit semel in sancta aeterna redemptione inuenta. Igitur extunc cessauit lex vetus, et hostiæ legales. Unde glossa super illud Heb. 10. 5. Hostiam, et oblationem noluitis tempore passionis, inquit, Nam extunc illa displicere ceperunt, quando est completa veritas, cuius erant figura. si displicebant, ergo vtilis non erant. Preterea eodem cap. 12. 10. Auferet (inquit, Apostolus) prius

ut sequens statuat. quo ostenditur, continuo ut cessauit vetus testamentum, et ablatum est, nouum statutum, atq; obligare cepisse; si cessante lege antiqua non statim succederet noua, fieret, ut illo intermedio tempore esset populus Dei sine ulla lege positua diuine; quod absurdum esse magni doctoribus visum est. Cessasse vero legalium obligationem in ipsa Christi morte, nemo hactenus dubitauit, ut ait P. Valquer. Licet non nemo putauit ad huc post mortem Christi virtutem, et remedium illorum perseuerasse absq; precepto. Ratio etiam testamenti ostendit utrumque. etenim, cum primū mortuus est testator, valet, ac incipit in opus exire testamentum, quinque habent omnia legata, et ordinationes, atq; mandata; simulq; evanescent omnia, quę alias siue per testamentum, siue per promissiones simplices statuerat; nisi per illud vltimū testamentum fuerint confirmata. Manifestum est ergo per nouum testamentum abrogatum esse, et antiquatum vetus. Unde ait Paulus Heb. 8. 13. Dicendo nouum veterauit, id est antiquauit prius, et mox, quod antiquatur, et senescit prope interitum est.

20. Hęc, quę diximus, sic docet Hugo de S. Victore, quāuis ergo in Christi passione, per quam consummata sunt omnia, veteris figurę status finem acciperit, et noui testamenti constitutio exordium; tamen prius aliquo tempore, et noua inchoata sunt ad consuetudinem, et vetera post modum aliquandiu tolerata. Et paulo post, sicut enim ante passionem ipsa circumcisio in statu suo ad remedium suscipiebatur, et tamen tunc baptisimus sine periculo salutis non contemnebatur ab ijs, quibus predicabatur; ita post Christi passionem baptisimus quasi in

statu suo precipiebatur ad salutem, et tamen etiam tunc circumcisio sine periculo salutis non contemnebatur ab ijs, quibus finis eius non manifestabatur.

Confirmatur assertio ex hoc argumento satis efficaci. Lex vetus non cessavit ante Christi mortem; ut apertum est ex historia euangelica; ex qua constat Christum, et per se seruasse legalia, ut in circumcisione, presentatione in templo, in esu agni paschalis, in ultima cena; et alijs, ut seruarent, precepisse, ut leprosis, et auditoribus Pharisaeorum à Cathedra Moysis praedicantium. At verò post mortem cessauit omnino; neque id abaque nota huiusmodi negari potest. Constat autem ex Paul. Gal. 3. 19. 24. et 4. 30. 31. et 5. 1. 2. 4. cum locis supra citatis Heb. 7. et 10. Eph. 2. 15. Legem mandatorum (veterem) decretis (noue) euacuans. sicut noua adueniens forma praecedentem ab ea dem materia excludit. Uxor, cum primum vir eius moritur, vidua est, et libera, ut alteri nabit; similiter Iudaea gens Christo mortuo, quia cum eo simul Lex vetus expirauit, soluta mansit, imò et lege obstricta est euangelica. Rom. 7. 1. Similiter luce euangelij exorta omnino, umbræ legis omnia disparuerunt; Crepuscula, et lux dubia videntur, neque ad mortem Christi durasse; in resurrectione omnino exortus sol; sed illuc erat tamen patribus in limbo, et nebulis mortis obscuratus fuit neque ad diem tertium.

Vniuersi verò authores dicunt à Iudæis deseri potuisse legalia statim post mortem Christi, et complecti euangelicam Legem; ex quo liquet extunc cessasse illius legis obligationem. Neque reperitur author (ut testatur Vossius) qui hoc non fateatur. ergo planum etiam est in articulo mortis Christi, et veterem mortuam fuisse Legem, et viuere cepisse nouam, atq; euangelicam, ut iam supra dictum est.

2. Assertio. Lex euangelica, et sancita est, et promulgata à Christo Domino ante passionem suam, licet noluerit eam vniuersaliter sub peccato obligare nisi post mortem suam; quam tamen post resurrectionem magis declarauit, et auxit, voluitque per Apostolos deinde euulgari per totum orbem. Solemnis verò promulgatio in die Pentecostes non fuit idè necesse, quòd absque illa careret sua vi ad obligandum; sed ut ad omnium notitiam facilius perueniret. Ad essentialem enim rationem legis solum requiritur ut Rex, ut persona publica, loquatur, et suum imperium proponat, ita quidem, ut percipi exterius possit, et sensu capi, et intelligi. Vim ex ore principis haerit Lex, sed frustra, si ad aures non perueniat subditorum; ergo non satis est Legem dicere, nisi auribus excipiatur, ut obliget, sicut sagitta, et si magna vi emissa sit, nihil faciet, nisi collimet, et attingat scopum; Imò Lex non priuata toti communitati debet promulgari, vel parti saltem idonee, ac sufficienti, ut inde ad reliquos eius certa notitia perueniat. Nam et Lex vetus, cum primum Moysi proposita est, vim suam habuit; sed ne quis ignorantia excusaretur ab eius obseruatione, necessarium fuit, ut per ipsum solemniter populo promulgaretur, exponereturq; quòd in lege euangelica fecerunt similiter Apostoli. Vide Senam citantem Molinam, Valentiam,

22.

Valguem. 3^a Assertio. Siquis paruulus mortuus est post Christi passionem eo loco, ubi communiter ignotus erat baptismus, ut inuincibilis esset error, et excusans à præcepti impletione, dicit Valguem illum infantem damnatum iri propter originale peccatum, cui remedium non fuit applicatum, sed Tenas cum Molina ex Bernardo ait illum per applicationem circumcissionis, vel signi naturalis contra peccatum aliàs instituti à Deo iustificandum, ut saluus fieret. Non enim putat providentiæ diuinæ consentaneum esse, ut aliquo tempore Somnes sine ullo remedio essent. Cum ergo ignorantia inuincibilis à baptismo arceret, bona autem fide uterentur parentes signis à Deo olim institutis, licet iam vanis, et inutilibus, credibile est, Deum sua misericordia facturum, quod illi congruum videtur, ut suppleret defectum sacramenti. Sed certè opinio prior non caret probabilitate, cum maxime sint profunda iudicia Dei, et si paruuli etiam propter iniuriam parentum, non ignorantium remedium, sepe pereant, dum non applicatur. Et Valguem auctoritas magna est. Propter hoc inconueniens videtur magis consona rationi opinio Xuares infra exposita, nisi alia obstarent.

23.

4. Assertio. Et si lex Mosayca cum Christo expirauerit in cruce, atq; adeo expuncto mortis Christi fuerit mortua, tam en eius ritus, et ceremoniæ, quæ præsertim ad cultum diuinum referebantur, seu Christum representabāt, ut futurum, non fuerunt mortifere donec Synagoga cum debito honore sepulta fuit, quod creditur fuisse intra quadraginta annorum spacium à Christo passo plus minus. etc. Nisi forte quis sciens, prudensq; illis uteretur, tamquam necessarijs ad salutem. Hoc verò tempus præscribitur tamquam necessarium ad sufficientem promulgationem euangelice legis, et desitionem veteris pro eo tempore tolerate.

24.

Opinio P. Francisci Xuares Sæc est 1. Assertio. Lex vetus non fuit mortua quoad obligationem in instanti mortis Christi. Probatum. quia cū lex noua exclusit veterem quasi formaliter (ut supra probatum est, et præcedens opinio tenet) imo communiter receptum est ex locis Pauli supra citatis. Non potuit cessare veteris obligatio, donec introducta esset obligatio noua. Sæc autem non obligasse in puncto mortis Christi, ex eo videtur, quod non fuerit tunc legitime, et vniuersaliter promulgata in ratione legis, nec sine publicatione Sæc potuerit populo, et communitati eius innotescere obligatio. Illis enim, qui inuincibiliter ignorant, nulla incumbit obligatio, aut necessitas legis seruandæ: inuincibiliter verò ignorant, quibus non est lex manifestata in ratione legis.

2. Assertio. Lex noua non cepit obligare ante diem Pentecostes Probatum. quia non est credibile Christum tulisse suam legem ut obligatam priusquam esset fundata ecclesia, pro qua illam legem ferebat. Constat autem illo intermedio tempore à morte, et resurrectione ad Ascensionem non nulla à Christo domino instituta, et ordinata fuisse ad complementum

Paruuli
tui sine
himo
ignorant
Valguem
Tenas
Molina
Bernardus

Quam

20



Scm

fundationis Ecclesie. Instituit enim sacramentum penitentia Joam. 20. ubi et potestatem dedit sacerdotibus remittendi peccata; creavit etiam Episcopus, et Apostolos ~~instituit~~ instruxit; Petrum summum etiam Pontificatu donavit Joam. 21. ut ante promiserat. Matt. 16. Hæc verò omnia priuatim sicut à Christo tradita, sicut ea, quæ instituit ante mortem, et sine ulla publica legis promulgatione.

3. Assertio. Lex Evangelica cepit obligare à festo Pentecostes, quod die promulgata sufficienter, atq; legitimè, ac solemniter proposita hominibus in civitate celeberrima Hierosolymis quasi metropoli non modo Synagoga, et populi Iudæorum, sed pene totius orbis.

4. Assertio. Eodem die cessavit Lex Moysis quoad suam obligationem omnino. Tunc enim demum morti concessit, cum in morte Christi letale vulnus accepisset.

5. Assertio. Cum primum sufficienter promulgata et necessitas baptismi, extunc inutilis facta est circumcisio. Sed non simul, et in omni loco, sed successu temporis hoc contigit, etenim successione facta est promulgatio.

Rationes verò, quibus præcedens opinio nititur facile infirmantur. Nam ut Lex cessaret obligare per mortem Christi, non satis fuisse dico, ut consummate fuerint eius figure, prophetiaque (quamquam non omnino tunc consummate, aut complete sunt, sed post Christi resurrectionem) sed necessarium esse, ut compleretur ipsa Lex per abrogationem expressam, seu per novam legem, quod factum non est; et cum hoc desit, non satis est tunc completam esse redemptionem.

Præterea scissio veli, primo, et præcipue significavit apertionem celestis lanæ, ut presentem; ablationem verò legis, non nisi ut futuram exconsequenti; sicut et translationem sacerdotij significavit vel futuram, vel in radice factam. Similiter testamentum fuit tunc fundamentaliter recisum, non tamen formaliter, et in se; nam et testamentum hominis confirmatum morte, non statim operatur; donec apertum sit authenticè, et sufficienter notificatum. Quare testamentum Christi non statim post mortem exclusit vetus, donec apertum est, et publicè promulgatum.

Næque ex eo quod Christus ceperit exercere novum sacerdotium sequitur, ut illico vetus translatum fuerit. Opus enim erat ad hoc, ut tamquam duraturum novum sacerdotium stabiliretur; alioquin et ante mortem posset dici translatum, cum ceperit in cena exerceri. Non fuit autem prius sic stabilitum, quam novus ordo Pontificum, seu Episcoporum in Ecclesia Christi crearetur, et novus Pontifex, et summus Christi Vicarius constitueretur. Aliq; autem authoritates, et rationes nihil faciunt aduersus hanc opinionem. Imò illam confirmant. Nam quod dicit Paulus, quod antiquatur, et senescit, prope interitum est, indicat non statim interijisse vetus testamentum in morte Christi. Locus ille Rom. 7. 1. 2. 3. De morte viri per

quam vidua manet statim libera, varias expositiones habet. sed magis con-
sona menti Pauli ea est, ut viri nomine intelligamus rem publicam, seu
imperium Iudeorum, siue Moysaycum. sic enim intellegitur videtur Ansel-
mus sub nomine Moysis. Igitur mortuo, siue cessante illo imperio cum sua
lege, gens Iudaea libera mansit, ut Christum acciperet sponsum cum noua
lege gratiae; quod per mortem Christi, siue virtute morientis Christi contigit,
non tamen statim desijt antiqua obligatio. donec satis manifestata est sy-

+ P. Soc. Maldo
natus Mat. 5. 17.
supra dicti sub
scribit. Nunc
magis satis est
legem usque ad
actum mortis
fuisse duram
non quia p. Joanni
abrogata, aut statim
ut ille predicare cepit
mortuus est, sed quia
tunc hunc capere non
potest Christi mortem mu-
nificata. Abrogata lex est.
quia p. euangelium pfe-
cit: eodem tempore ab
rogari cepit, quo euange-
lium predicari, quom-
odis euangelium vigebat,
eo magis illa lan-
quebat: cum euan-
gelium est penitus
predicatum: illa e-
penitus abrogata.

magogae nouo sponso proposito. Dicuntur autem Iudei, mortificati Legi per
corpus Christi, quia virtute mortis Christi vis legis ablati erat aduenus eos,
nec ultra in eas dominari poterat; ex morte autem legis colligit Apostolus mor-
tificacionem eorum, qui sub lege fuerant; sed contrario modo dicit, ne nimium
regi addictos Iudeos offendat, ut et Theodoretus indicauit. +

Theoria. 2.

An Petrus peccatum commiserit cum a Gentium con-
victu subtraheret se, ne scandalum caperent Iudei
qui venerant Ierosolymis Antiochiam.

Hieronymus excusare nixus est Petrum, et Paulum ab omni culpa
Augustinus non omnino excusari posse Petrum arbitratus est. Schola Theo-
logorum iam unum, iam alterum doctorem secuta est. Nos circumspecte
vobis potiores referemus doctorem sententias, quibus sinon ab inconsidera-
tione, tamen a culpa omnino immunis probatur in eo facto Petrus.

Primus modus defendendi Petrum a culpa.

26.

Hieronymus ergo, et Petrum, et Paulum ab omni peccato libera-
ne Petrum quidem reprehensione dignum vltimo modo iudicat. 1. quia et
Paulus sine culpa nota traditur exremorias aliquoties seruasse Iudaeas ob-
vitandum scandalum, et seditioem Iudeorum. quippe qui rasis caputem
Cenchreis, Act. 18. 18. Circumcidit Timotheum, Act. 16. purificatus
est more Iudeorum ante templo Ierosolymitano Act. 21. quin et gloria se
tamquam Iudaeum factum fuisse Iudeis. 1. ad Corin. 9. unde reprehensionem
in Petrum excomposito, atque eo premonito videtur fecisse. 2. Nec vero of-
fensio Gentium imputari debet Petro, qui cum esset Iudeorum Apostolus,
plus attentus fuit, ut horum infirmitati consuleret, suaditans se tantis ver-
abilis. 3. Imo credibile est, a Petro edoctos fuisse fideles Gentium eius consi-
ly, quo Iudeis se accommodare cupiebat, ne facile offendi possent. 4. Ad
Soc. accedit, quod non nisi per simulationem hoc faciebat Petrus; sicut et
alij Iudei Antiochenes, et Barnabas, qui ipsum amitebantur, simulare
autem licitum esse aliquando docet Christi factum, qui finxit selongius
ire, et Davidis, qui se stultum coram Achis simulauit. 1. Corin. 4. 6. Sed
inquit, transfigurauit in me, et Apollo, propter vs. in bello etiam licet vti



stratagemate, et insidias struere. Unde est illud Virgilij 2. Ad dolus, an virtus quis in hoste requirat? 5. Præterea, quis non videt si quid à Petro peccatum fuisset, non palam cum offensione auditorum, sed privatim à Paulo fuisse reprehendendum, cum debita modestia, ac reuerentia? Tandem 6. cui non videatur minus equum in Apostolo Dei gratia munito, ac confirmato peccatum ponere, siue errorem fidei in Ecclesie capite, ut dixit Porphyrius, et nunc heretici obijcere non verentur, ut de successoribus Petri de trahant impudentissime.

Ad 5^o respondere potest, hæc Pauli facta fuisse sine ullo scandalo Gentium conuersarum. Nam Timotheam quasi Iudæum circumcidit, quia ex matre natus Iudæa. Nondum enim Lex Iudæis erat sepulta, ~~sed~~ (licet mortua) sed tolerabat, dum paulatim ab inveterata consuetudine Legabum ablactabantur Iudæi, maiores undies radices agente gratia, fidei, et splendore Evangelij crescente, combat enim Apostolos ceremonias nondum reliquisse, cū Petrus Act. 10. respondit. Absit domine, quia nunquam manducaui omne commune, et immundum. Salmeron de Aquila, et non de Paulo intelligit illam capitis rasionem, item Catharinus. Vide infra Baronium N. 33.

Ad 2^o contra hoc dicitur, inconsiderationem eam culpabilem fuisse quia deberet utriusque parti providere, et circumspectè consulere. Vide Xarez in lib. 6. c. 36.

Ad 3^o negatur, nec premonitio sufficiens fuit, ubi maius momentum Sabue re facta manifesta, quam verba minus ab omnibus percepta, siue satis fuit Xarez infra. Ad 4^o cum tanto detrimento, et scandalo non licebat simulatio, que vix potest à mendacio pura esse. In factis etiam mendacium vult, quod hypocrisis appellamus. At contra, simulans Petrus se non omittere Iudæicos ritus, non mentiebatur, siquidem nondum erant illi mortiferi, sed ad sue tolerati. Ad 5^o Peccatum publicum, publicam exigit reprehensionem; sed modestia Pauli ita fidei rebus consuluit, ut tamen de honore Petri nihil detraxerit. Ad 6^o vide supra Num. 2. et infra Numero 31. Et certè nihil contra Hieronymi opinionem istæ responsiones probant. Maiorem vim fortasse Sabent argumenta subiecta pro opinione Augustini.

Augustino aliter visum est, qui non dubitat Petrum aliquo modo peccasse; Primum vim facit in verbis, quibus rem Paulus enarrat, que si ponatur à Paulo simulate, et per figuram quamdam reprehensum Petrum, verasse non videntur; non enim verè diceret restitisse alteri, si ei fictè, et ex composito restitisset; at quis mendacij arguat, vel scripturam sacram, vel Paulum? presertim in ijs, que iure iurando premissis enarravit? 2^o quomodo reprehensibilis dicitur, qui culpa caret, de qua argui, vel reprehendi debeat; et si reprehendi debet, quis liberet eum, cuius erat reprehendere, si non seruo, sed in speciem reprehendat? 3^o Præterea, si verè dictum est à Paulo, Cum vidissem quod non rectè ambularent ad Evangelij veritatem quis potest Petrum, et Barnabam, et alios, de quibus hic textus intelligitur, excusare ab errore, vel reprehensione non ficta, sed vera, et (ut res exigat)

acerbissima. 4^m. Et certè, si hæc, quæ Paulus narrat, per simulationem fecit, nescio quam vim potuissent habere contra Galatas, quos Soc suo facto convincere conatus est. 5^m. Et quis cum Apostoli Pauli gravitate, et cum attestazione, quam præmisit, lece coram Deo quia non mentior, convenire iudicet, ut fictum, ac simulationem factam pro vero exponat, vel simulasse se fateatur, et simulationem alterius comprobet Apostoli, ut fidei nostræ initia simulationibus firmata arguantur? Ergo ex his, et ipsius textus, et historię consequentia magis dicendum esse videtur maiorem in Beato Petro circumspectionem fuisse desideratam, ne facto suo, et exemplo cogeret Gentios Judaizare. quod sanè periculosum, ac minimè ferendum erat.

30.

Ad 5^m respondere potest, ad Primum Paulus vera narrat, ut scriptura verissima est; nihilominus potuit Paulus prius communicato suo consilio cū Petro ipsum Petrum coram omnibus arguere, ac reprehendere, ut alij ab errore liberarentur, et corrigerentur, ut in vita S. Arsenij Legimus contigisse; ut enim ipse Arsenius modestie defectum corrigeret in se, ex composito senex alter auctoritate præstans simulavit eundem se admisisse defectum, ut dum ipse coram omnibus reprehenditur, ut constitutum erat, Arsenius, qui præsens aderat, adverteret, et emendaret se ipsum, ut certè fecit. Primum enim refert ad veritatem historię simulatio defectus, et reprehensionis; nam vera fuit reprehensio Arsenij, et verè se correxit, et verè narrari posset senem illum reprehensum coram omnibus, quod crux eruri superposuisset, contra id, quod communis modestie regula postulat inter viros religiosos, nimò cum serio, et acriter quis reprehendendus esset publice, premonitus fuit à Superiore, ut patienter ferret; nihilominus increpatio vera, et seria fuit ex prescripto generalis adhibita; quid ergo vetat nos dicere à Paulo premonitum Petrum, et ex consensu eiusdem omnia fecisse; non video in Soc processu, nec Pauli, nec scriptorum eius ullum mendacium, vera autem fuit reprehensio, vel resistantia.

Ad 2^m error fuit non in Petro, et Barnaba, sed in alijs, qui non rectè percipiunt, quæ ab his fiebant per dissimulationem, vel simulationem; pro ips, siue Judæis, siue Gentilibus reprehensio facta est potissimum. Reliqua argumenta vim nullam habent, si quæ diximus rectè percipiuntur; non enim quidquam simulatè Paulus fecit, sed omnia verè, et cum gravitate, et auctoritate summa. Opiniones Hieronymi sequuti sunt fere omnes Græci Patres Chrysostomus, Theophilus, Clumenius, Origenes, Didymus, Apollinaris, Laodicensis, ~~Adrianus~~, Iusebius, Eusebius, Theodoretus, Hieraclicotes, quos citat Hieronymus. Defendit eam pro veribus Adrianus in 4. questione de baptismo. citatur etiam Eusebius à Xisto sena. lib. 5^m li. 6. Annot. 274. Vbi b. v. exponit sententiam Augustini satis duram in Petrum.

31.

Notandum Petrum nec deficere à fide, nec errare in fide potuisse; cui id promissit Christus Luc. 22. cuius spiritus sanctus aderat omnem docens veritatem Ioan. 16. quod maximè deuit, ita fieri in pastore, et doctore primo totius mundi à Christo instituto, sed de hoc alias latius. Siquis desiderat hanc questionem latius explicatam legat Catharinum, et post eum nostrum Salmeronem disputat. ad Galat. in qua de sumilitate Petri nonnulla inveniunt digna lectu.

lege Baronium Anasl. c. 32. quanta fuerit auctoritas Petri, quam se qui parati fuerint, non solum Iudei, sed Barnabas, et gentes fideles. contra quod illis Paulus tradebat de ceremonijs; de que eius Similitate. Ibidem lege locum Cypriani, et locum Augustini. Num liceat aliquando mendacium officij

lutherianus
petri
dominus
v. 14.

Catharinus
quodam
modo
v. 14.

etiam
v. 14.

Paulus
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

etiam
v. 14.

Secundus modus Petri de

fen dendi. Catharinus sic ait. Vel nullum fuit Beati Petri peccatum (quod rectius puto) vel admodum leue, et omni venia dignissimum; imo, quia ex mera Charitate, et salutis eorum omnia illa faciebat; non dubito quin et ea parte quoque meruerit; ne fuerit munificentior erga obstetrices Deus, quae ex officioso mendacio laudem ab illo, et premia retulerint; non quidem de mendacio ipso, sed de officio; cui tamen coniunctum fuit mendacium; pari pietate sentiendam est de Beato Petro, verum quia illud factum afferebat magnum praeiudicium veritati fidei, quam ipse corat, et non magno pere (cogitatione in Iudeorum utilitatem abstractus) aduertebat; ideo reprehensam illum oportuit.

32

Tertius modus Isidori Clarij

Hec inquit non tam fuit Petri, quam male aliorum opinionis, repre- Sensio; atque hoc causa fuit, cur palam, et non secretum reprehendit Petrum; ut cum cernerent ij, qui ex Iudeis erant fideles, magistrum ipsum aperte reprehensum silere, et fatari, nihil respondendo, errorem intelligerent non esse post hoc vtilem legis obseruationem, post accep- tam fidem; at Petro grata fuit ista coram Patribus reprehensio; ut non esset post hoc necesse subducere se in metu offendendorum fratrum. Videtur ergo ex utriusque consensu facta reprehensio utilitatis causa disci- pulorum; et vera tamen fuit reprehensio, et iure facta, quia tam, in- quit, reprehensus erat ab alijs, qui ignorarent illam Petri dispensatio- nem, cur scilicet contentibus a Iacobo fratribus subduceret se a Gen- tibus, cum quibus tamen vercebatur absentibus Iudeis.

33

Quartus modus Baronij

Baronius An. si. cap. 30. a Paulo dicitur est Petrus reprehensibilis, no- ceta, quod inspexerit in actione Petri intentionem minus rectam, Soc- erim Dei, et non hominis est inspicere, ac iudicare; non quia opus cerneret malum; nam Iudaicos ritus cum Iudeis exercere, tunc tam- polis permissum erat Iudeis; atque a deo Petrus hac dispensatione, et permissione uti potuit; sicut et Paulus ea postea iterum; atque iterum usus est; non demum quod ex ipso facto Petri gentes occasionem habue- rint; quia coacti quodam modo sunt Iudaizare; quippe cuius animus ab tali opere longe abfuerit; si quidem et ipse cum Gentibus Gentiliter vivebat Antiochia; et sic satis per deflexit ad ritus Iudaicos vitandi scan-

34



dali causa fidelium Iudeorum, id ex dispensatione fecit. Cur ergo? quia ex die
 ta occasione Paulo Agelatori Gentium, visus sit reprehensibilis. Verum sicut si
 57
 nullo ratione Paulus circumcidens Timotheum potuerit dici reprehensibilis,
 si Petro, aut Barnabe videretur reprehensibilis in eo facto, quod ex eo gen-
 tes sumerent occasionem se circumcidendi, et tamen de vera non esset repre-
 Sensibilis, sed liber à culpa. Itaque de Petro pariter est dicendum.
 Sed contra responderi potest à Paulo. Non dicit Petrum visum sibi reprehen-
 sibilem, sed fuisse reprehensibilem; et præterea aliam fuisse in Paulo, quã
 in Petro fuisse, rationem ritus exercendi Iudeos, quos Petrus simulate,
 Paulus vere exercebat. Sed in illa simulatione illa culpa inerat, inquit
 Augustinus, quam quis admitteret, si hoc tempore quis vel fidei exercebat
 aliquam ceremoniam Iudæicam, ex qua daret occasionem opinandi ipsum
 in ea ceremonia sperare salutis: at Paulus non ita revera præsti-
 dit ritus Iudæos, sed tantummodo serviens consuetudini ad huc permittens, os
 tendensque illas legis ceremonias non detestandas, ut idololatriam, sed bono
 randa tantisper. donec cum Simone sepelirentur, ergo et ex facto, et ex
 occasione data Gentibus dicitur reprehensibilis. At dices pro Petro, tunc
 temporis nondum exclusum rituum Iudæorum usum, sicut nunc: at que
 adeo hoc tempore fuisse peccatum, quod non fuit. Præterea simulatio
 Petri, et Barnabe, et aliorum fratrum Iudeorum, non tam erat fictio, quam
 condescensio, neque enim Petrus volebat fingere se legis cultorem, sed assen-
 58
 tiebatur alijs fratribus, qui ad huc assuetis ceremonijs vacabant. Subtra-
 ctio verò illa à re vera, et vobis Gentium, et si simulationem includebat, simu-
 labat nimirum in ea subtractione non se deseruisse legis præcepta, nec velle
 transgredi, comedens vobis prohibita cum Gentibus; sed hoc fecit Paulus ex con-
 silio Jacobi Ierosolymis, cum purificavit se more Iudæico, ut introiret in tem-
 plum; tunc enim videtur fuisse se ad huc legis observatorem, cum non esset,
 quod si Paulo, aut Jacobo suadenti non vertatur vicio, sed simulatio tur
 Petro vertetur. Numquid nulli fuerant tunc Gentiles Christiani Ieroso-
 lymsis, qui scandalum paterentur? quid in partu Corinthi Cenchoris non
 erant vlli Christiani ex Gentilibus, cum caput vitæ nasceretur Paulus corasit?

quintus modus Lusij Legionensis.

31
 Lege per Christi mortem abrogata Iudeorum, semper deinceps Sa-
 bitum est perniciosum, ac mortiferum, aliquos eius legis ritus præstare,
 ac exequi, quasi salutis consequende necessarios; nihilominus illis Apos-
 tolorum temporibus licitum fuit. existimatum, illius legis præscripta ser-
 vare, ac facere, cum, vel Evangelij causa, vel alicuius salutis, seu in
 utilitatis ratio postulasset. Quod si quis forte offonderetur, ex hac le-
 galium observatione, tunc ea minime licebat; unde cum res in ci dissiet eiusmodi,
 ut merito dubitari posset, novitura ne, an profutura esset talis observatio; quod alij
 ex neglectu, alij ex observantia legis scandalum caperent; id erat eligendū,
 quod minus haberet in commodi secundum nostram gravitatem, aut verisimili-
 tudinem eventus. At tamen ratio scandalis, siue offensionis duplex esse potest,

aut enim factum ipsum sua natura offensionem gignit, aut ^{non} nisi ex eorum imbecillitate, qui offenduntur, et inscitia scandalum oritur; si prius accidat à principio vitandum est opus, si posterius, tunc cum primum viderimus offensionem, omnia in illis factum operae pretium est; modo nostro id commodofiat; Petri igitur hoc factum non fuit tale, si rite estimetur, ut iustam quine occasionem preberet Antiochiensibus; neque eos inde sumpturos, aut potuit, aut debuit Petrus providere. Cur enim exis timaret in ea futuros persuasionem Antiochienses, ut crederent ipsum censere legalia observanda, quibus toties de abrogata lege suam declarasset sententiam, non solum verbis sed (quod efficacius est argumentum testimonium) etiam factis, quippe, qui cum ipsis cibis vesceretur communibus, et omnem istum legitimum cultum in eorum oculis neglexisset: nec, cum tantisper ab eorum mensa se subtraxit, veneri debuit, ne ipsum mutasse sententiam putarent, quin potius existimare iudicatos illos, quod equius erat, et cum veritate coniunctius, infirmitati scilicet eorum, qui venerant Hierosolymis, concessisse, quod boni viri, et aliorum salutis studiosi, et amanti officium erat; nec fecisse, quod legem vigere censeret, quam abrogatam, et minime servandam toties suo exemplo monstrasset; quod, vel pravi, ac vafri esset Somnii, vel Iudicij Levis, et parum in sententia constantis. Itaque si Antiochienses in facto Petri offenderunt, quod non negamus, id potius ex eorum parum attenta consideratione, quam ex iusta suspitione mutatae sententiae in Petro evenisse credimus. Neque vero subito, et tota simul offensio existit; sed progressu temporis paulatim crevit numerus simulantium se servare legalia; dum non communicato consilio, sed unus alterius exemplum sequutus, fere omnes deseruerunt convivium Gentium; ita ut se preter opinionem se desertas à Iudeis animadvertentes, graviter tulerint, et sperni se existimarent; nam et consuetudine privari, eorum, quos plurimi faciebant, tolerare vix poterant, et pro immundis se haberi, et ignominiosum putabant: ut par sit credere aliquos ex eis abstinere à cibis Gentium voluisse, et ritus decrevisse servare Iudaicos. Paulus ergo cum animadvertisset, quod initio bono animo à Petro ceptum sciebat, id longe in diversum fuisse commutatum, fore quod providens, ut Antiochienses, aut et ipsi Iudaei officii vellent, aut Evangelio nunciam remittere; ex facto Petri, et aliorum, indignatione concepta; videns quod quod non rectè ambularent ad veritatem Evangelij, illi scilicet Iudaei, qui Petri exemplo se cultores legis fingebant, ratus ulterius dissimulandum non esse, sed Petrum quam primū admonendum; noluit id quidem occultè facere, quod liquido cognosceret eius animum, qui et bono consilio fecisset; et satis persuasus esset, legem minimè observari oportere; sed tamen admonuit publicè coram multis, ut tū Iudaei, tum Gentis, si qui decepti legem servandam putabant, eam opinionem exuerent, et sui erroris admonerentur ipsis auditis, quae à Paulo dicerentur, ipso precipue assentiente, et tacente Petro.

Ex dictis sequitur Primum non peccasse Petrum, dum à convivio Gentium fidelium propter Jacobitas Iudeos se continuit; sed officium boni pastoris -

fuisse sequutum: et quia illi licebat, uti Iudeis alijs, ritibus dare operam legali-
 bus, et quia Offensio Gentium potius ex ipsarum imbecillitate, et inscitia, quā
 ex facto Petri orta est; quam tamen, ipse providere nec debuit, nec potuit.
 Presertim cum ex multitudine, paulatim, ac sensim, Petri exemplum genu-
 rantium, preter omnium, et ipsius Petri opinionem, Offensio vires ceperit.
 Nihilominus ex quo tempore Antiochenes offendi vixi sunt, Petrus cepit esse re-
 presentabilis, hoc est, admonitione, et correctione dignus: quoniam extunc, quod
 sine peccato fuerat, cepit esse Gentibus noxium; quarum Offensio, quam Iudeorum
 gravior erat, atque nocentior, siquidem Iudei Offensi dimittant de Petro minus
 eque iudicarent. At fideles Gentium ex Offensione sua Lu angelicum, et non
 Petrum damnarent, quod minus sufficiens iudicarent ad salutem consequen-
 dam: Unde et Iudei ipsi fieri vellent, et ad ritus eorum transire. Quare pecca-
 turus procul dubio Petrus ex eo tempore fuisset, si cognito, quod ex suo facto segue-
 batur, detrimento, tamen ad huc vellent in eo perseverare, nam enim incipiebat
 esse malum, quia noxium valde. sed excusarat illum, quia neque ante nox-
 rat damnum, neque à principio providere debuit futurum. Hinc etiam consi-
 dat Paulum iustissimam habuisse causam, et ad monendi, et coarguendi Pe-
 trum; in eoque neque procacem, neque contumeliosum fuisse, ut quidam falso di-
 cere ausi sunt; cum enim maior fuisset malum Gentium offensarum, ut dictum
 est, quam Iudeorum, necessario erat vitandum. Unde debuit Paulus admonere
 Petrum de eo, quod se inscio ex ipsius sequebatur facto; et Petrus nisi se mel admo-
 nitus ab incepto desisteret, iam quidem admittere videretur peccatum, liquet
 ergo neque Petrum peccasse, et tamen reprehensum iure, seu reprehensibilem
 dici, merito ipsum à Paulo admonitum; neque verò quicquam ex composita ges-
 tum fuisse inter ipsos, sed omnia, ut à Paulo sunt perscripta, ita facta sine simu-
 latione, aut furo, simpliciter, ac verissimè.

Petrus
admonitio
dignus

Paulus
tam ca-
savit
monen-
tum.

Sextus modus Francisci Xuare

Excusans Petrum à Paulo

36

Xuarez de legibus lib. 9. c. 20. fine, sic ait, Hoc ergo modo videtur dici posse
 non improbabiler factum Petri nullomodo fuisse peccaminosum, non solum
 ob naturalem inconsiderationem, sed etiam quia omnibus circumstantijs
 satis prudenter potuit iudicare, se non dare scandalum actuum, et si quod erat
 passivum, non obligari ad vitandum illud; quia maior sic erat necessitas Lu-
 ceorum, graviusque putabat nocumentum, quod imminerebat. In quo errare
 quidem potuit Petrus, errore tamen facti, non iuris, et sine periculo culpe, no-
 solum, quia probabilibus coniecturis ducebatur, sed etiam quia electio non in-
 ter licitum, et illicitum, sed inter expediens, et non expediens fiebat. Multa enim
licent, que non expediunt. Unde et si erraretur circa licitum, et non expediens, non
 erit culpa, sed impedimentum maioris boni, ut ibi notat. D. Thomas. Sunc ergo
 defectum in Petro negare non possumus, et ille sufficit, ut verè Paulus dixerit
 illum esse reprehensibilem, et merito restiterit. quia de vera ad conversione
 Gentium, et instructionem Iudeorum, et ad puriorum libertatis Evangelij pre-
 dica

quod

licet
ori
sua
prima

quod
licet
ori
sua
prima



dicationem, magis expediebat non separari à Gentibus, et Iudeos instruere. et alioqui Petrus ratione officij debuerat sic eligere, quod maxime expediebat, et nisi Paulus occurreret, maius commune bonum, et Ecclesie impeditum fuisset; Hoc igitur titulo fuit vera, prudens, et necessaria eius reprehensio, et hoc satis est, ut Paulus diceret, Cur gentes cogis Iudaisare? quia licet non daret scandalum actiuum, non tollebat passiuum, quod non solum licite, sed etiam perfectius, et constantius operando facere potuisset. Hoc ergo modo potest intelligi illa dissentio pacifica, et sancta, ut dixit Philo Carpates sine culpa Petri, et sine elatione, et temeritate Pauli, et cessant calumnie antiquorum infidelium, et nouorum Hereticorum.

Modus septimus Valquet, qui excusat Petrum, similiter et Paulum.

Magis expediebat, ut Petrus omitteret ceremonias Iudaicas eo tempore, et ritum Gentium retineret. Nam si illi Iudaei Hierosolymitani erant vere Christiani, sciebant illas ceremonias iam necessarias non esse, (ut semper in Ecclesia creditum fuit) = post Christi mortem, vel saltem à Pentecoste. imò conuersi ipsi Gentiles Antiochiq, apprimè nouerant ipso Petro docente, et verbo, et facto. At uidentur Petrus subito relictis ipsis à suo conuictu ad Iudaicos ritus conuersum, non poterat non indubium venire, illas fortasse esse necessarias ad salutem, imò facile credere, quod indicauit illud; Cogis gentes Iudaisare. Facilius autem fuisset, Iudeos, qui sciebant iam minime necessarias ceremonias Legis à scandalo immunes seruare, quam gentes perturbare; quos non poterat non mouere tam subita Petri immutatio, qui, ut notauit Paulus, quae destruxerat, iterum uidebatur edificare. repetendo ceremonias, quas desierat, quas predicarat inanes, cum tamquam salutare resumeret. Alioqui si licebat pro tempore ijs uti, quid necesse erat clam eas usurpare, et ex metu Iudaeorum; utrumque rem suspectam reddebat, cur Petrus nos deserit? et si dissimulat, et Iudeos non audet deserere, quid cogitemus, nisi ritus Iudaicos esse salutare? si ergo ita est, recipiamus et nos. Suius rei aut. sor, siue causa, siue occasio fuisset, nonne erat re-
 37.
 presentione dignus? nonne fuerat sermo moriendus tantum mali imminenti? sed non tamen culpa dandum, quae ex inconsiderationis defectu proueniebat. Intentio Petri bona, conscientia, et fides bona, tamen cautio minus solers; = prouidentia certè somniosa (quae indiget consilio saepe aliorum). Dum illum sibi relinquit, et propria prudentia sinit agere. Una itaq; circumstantia non preuisa, ac preuenta absque culpa facit hominem reprehensibilem. Non iudicat intentionem homines, sed exterior em eventum, quem minus rectum accusant, peccauerit interius, necne, minime curant.

Textus.

V. 15. Nos natura Iudaei, et non ex Gentibus peccatores.

V. 16. scientes autem quod non Iustificatur Somo ex



operibus legis nisi per fidem Iesuchristi, et nos in christo Iesu credimus, ut Iustificemur ex fide christi, et non ex operibus legis, propter quod ex operibus legis non Iustificabitur omnis caro.

Syr.

V. 15. si enim nos qui propria natura Iehoudqi sumus nec fuimus ex Gentibus peccatores.

V. 16. quando quidem scimus non Iustificari Sominem ex operibus legis, sed per fidem Iesua Meschico, et nos in Iesua Meschico credimus, ut ex fide in Meschico Iustificemur non autem ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non Iustificatur omnis (vlla) caro.

Ar.

V. 15. Nos natura Iudei, et non ex Gentibus peccatores.

V. 16. scientes quod non Iustificatur Somo ex operibus legis, si non per fidem Iesuchristi, et nos in christum Iesum credidimus, ut Iustificaremur ex fide christi, et non ex operibus legis, propter quod non Iustificabitur ex operibus legis omnis caro.

Theoria I.

qua explicatur mens, et intentio Apostoli.

quest. I.
1.

Queritur I. quae sit mens Apostoli ex versu. 15. usque ad finem capituli. 2. Respondetur autem, illud praesertim probare velle (quod in Petronum proxime representando indicavit) legis Mosaeicae vim cessasse, neque eius Ceremonias usurpari debere à Gentibus, quae ad Christi fidem adveniant. Ita Syra, Lomb. S. Thom. Adam. Gagn. Seryp. Iustin. Legion. Dionys. Bruno. Hugo Card. Occum. Trexo.

Mirandum, inquit, Trexo, quomodo relicta narratione rationibus ostendit, quod Carnales observantiae post Christi mortem nihil valent, imo sunt mortiferae, et quasi sui oblitus rem multo diuersam persequatur, ut parum si queat obiessere obiurgare Petrum.

Hugo Cardinalis ait Sine exordiri tertiam particulam prioris partis Sicutus epistolae (quam in duas partes ipse partitur, nimirum alteram ad fidem, alteram ad mores, pertinentes) in qua tertia particula ostendit legalia non esse necessaria ad salutem. I. exemplo suo, et aliorum Apostolorum, deinde exemplo

[Handwritten signature]

Abramæ, sed hoc posterius spectat ad 3. caput, prius verò ad finem huius seculi, et ad principium sequentis.

Petrus Lombardus, Sine, ait, incipit de improbatione legis planè agere, et rationibus ostendit, carnales observantias post Christum minime retinendas, ut pote quas Lex evangelica (ait Syranus) euacuavit, quæque inutiles (inquit Bruno) effecit. Cœcumenius autem circumcisionem, inquit, paulatim deprimens, dicit Legi ferendum non esse, quæ quidem saluos facere nequeat.

Ego non ambigo (quod Senjparido etiam placet) illud certis rationibus argeri à Paulo, quod non sine stomacho, et commotione Petro dixerat. quomodo idem quo titulo, seu iure cogis gentes Judæi? Num quod Lex iustificare possit? an quod à Deo sit? sed nihil horum afferre potes; ergo non rectè cogis.

Queritur præterea (ut magis eluceat quæ sit mens, et scopus Apostoli in hac parte) quo cum faciat sermonem in v. 15. Num cum Petro, an cum Galatis relicto iam Petro? Certè Chrysostomo, Theodoro, Theophylacto, quin et Hieronymo, quos multi sequuntur ex recentioribus, ut Caiet. Senj. Arbor. Salmer. Arias Mont. ad finem vsq. capitis sermo videtur esse cum Petro; non arbitror tamen alienè nimis scholia Græca, siue Cœcumenium illorum collectorem opinari sermonem Sine omisso Petro ad Galatas referri; quam sententiam probabilem existimat Iustinianus poster. quod alioqui non omnia, quæ sequuntur, absq. in commodo ad Petrum dicta explicari possint. Siquis asserat, quod supra insinuare cepi, prudenti satis consilio usum diuinum Paulum, qui sub persona principis Apostolorum ipsa Galatas obiurgatos vult, ~~atque~~ ~~eorum~~ ~~pro~~ ~~secundo~~ ~~Apostolos~~ ~~grauissimè~~, ut opus erat, sed absque odij periculo, aut opinione, accusatos, damnatosq. doctrinæ illius falsæ, quam contra fidem à se ipso traditam, inter eos sparserant; non dicam Sine ita docentem extra eorum saltare, siue aliena dicere à vera huius loci intelligentia, et mente Pauli. Chrysost. ~~Montan.~~ inquit, Petrus, quam eius arguuntur discipuli: ita dicere possumus licet ad Petrum fiat sermo, non tam ipse, quam Galatas obiurgatione feriuntur. Syranus quidem, atq. Lombardus, Hugo Card. Bruna, Catharinus, Dionysius, Sine ad Galatas redire seriem sermonis arbitrati sunt. Adamus vsq. ad versum 16. inclusiue ad Petrum, deinceps ad Galatas verba fieri existimavit. sed ego Chrysost. ~~ad huc.~~

Queritur 3. num plures rationes iungat, et accumulè hic contextus epistole vsq. ad finem capitis, et quot se sint? an potius quasi historicam narrationem contineat? an verò una ratione, et argumento satis fiat proposito, reliqua ad eius explicationem adijciantur? Hoc tertium videtur sequutus S. Thomas, ut in explicatione videbimus; primum placuit Legionensi, qui tres rationes adhibitas asserit ad probandum Legem ad salutem non valere. 1. V. 15. ab eo quod in ~~Pauli~~ sua; et Petri persona inerat. si enim ipsi natura Judæi in lege nati, iustitiam non à lege, sed à fide petebant, quid Gentibus à lege alienis opere precium esse poterat in lege, ut iustitiam acquirerent. 2. V. 17. ab absurdo quod sequeretur maximum, si semel admittèretur Legem

2.

3.



Mosaicam ad salutem valere; nimirum Christum authorem esse peccati, qui prescriberet suis à se vno, et non à lege salutem sperare. 3.^m V. 18. à Petri constantia, qui quod semel docuerat, Legem Mosis non esse observandam, rursum nisi repugnaret sibi ipse, non fuerat doctorus. ~~Ad hanc doctrinam~~ ~~Legem veterem, licet à Deo latam populo~~ ~~extrema~~ ~~non per evangelicam abrogatam, quod ad eorum potestatem~~ ~~non~~ ~~potestatem~~

A Adamus mediam viam ex parte secutus dicit. V. 15. et 16. notam narra-
ri rem. V. 17. 18. 19. tres rationes explicari, et fortasse 4.^m addi V. 21. quibus
probatum sit legis observationem minimè iam vigere post Christi adven-
tum, nec vllò modo ad Iustificationem accersendam. Sed certè duriusculè ex-
ponit particulam enim bis positam; nimirum in V. 18. et 19. cum ait non
ad immediatè, et proximè precedentia, sed ad principale intentam refe-
rendam.

Cornelius tres rationes affert, sed differt non nihil ab Adamo. 1.^m V. 17.
2.^m V. 19. et 3.^m V. 21. quibus probatur nos Iustificari non ex legis operibus,
sed ex fide Christi Iesu. Ederus duas 1.^m V. 17. alteram V. 21.

scholia.

5. Nos explicatur hic si persona, quia diuersa studia significantur, seu
distinctæ conditiones, et mores hominum. An verò sit numerus multitu-
dinis positus pro vno tantum Paulo, non satis probatur, potius credi derim sub
hoc pronomine Iudeos indefinite contineri, qui christianam profitebantur
religionem, licet sint ~~(Catharini, Caietani)~~ qui Apostolos dumtaxat intel-
ligi dicant; nam à suo, et aliorum Apostolorum argumentari Paulum
exemplo: q. d. nos Paulus, et Petrus (ad quem i verba facit) et Barnabas
et ceteri coram quibus loquebatur, dum coram omnibus obiurgauit Petrus.
Alij ~~(Simplicius Cardinalis)~~ ad Paulum, Petrumque constantes nimirum
referri volunt.

Natura, id est, ortu, et natiuitate, ut Ep. 12. 9. Erasmus natura filij
ira, siue natione, et genere, non tamen creatione, sed propagatione, ni-
mirum Abrahæ legitima proles circumcisi octauo die, nati, atq; educati
in lege, et disciplina pietatis, et cultu Dei; Ceremonias diuinas à Mose tra-
ditas ab incunabulis obseruantes.

6. Iudei, asu factum est, ut sic nominarentur omnes tribus ab Israë-
le propagate, licet hoc nomen proprium fuerit eius tribus, quæ à Iuda pro-
cessit, cui sceptrum regni promissum. Gen. 49. et ratum, cum Dauid in
Iuda est rex. Iudei itaque dicuntur omnes legis Mosaicæ professores; sed erant
qui dicebantur proelyti, non natura Iudei, sed electione; quippe qui
sua sponte ex alijs nationibus venissent ad Iudaismum. Sed licet ad
Sorum discernimè opinati sint nonnulli ex Patribus Chryost. Hierony.
Iomb. Arisd. S. Thom. Occam. Gagn. Adam. Inter. dici Apo-
stolos natura Iudeos; tamen ex contextu literæ videtur potius ad distinctionem



torum, qui ad Christum conuertebantur: ex Gentibus, dicit. Opponit enim: Judeis peccatores; quasi rectè viventibus, prauè viuentibus; in lege nutritis, ac natis sine lege natos, et educatos; Legatibus ex Leges; circumcisis in circumcisos, sanctis immundos; terrapentij cultores idolorum; actandem filijs Dei seruos, et mancipia diaboli. Judei autem secundum etymologiam intelliguntur, qui Deum confitentur, et laudant.

Et non ex Gentibus, (que ignorantes Deum idololatria addicti sunt) oriundi, atq; adeò peccatores non solum originali peccato infecti, sed varijs scelerum, ac flagitiorum maculis contaminati, impij idololatrię. quidam existimant. Iustiniarius peccatores vocari eos, qui erant ex Gentibus quasi infideles, quia peccatum antonomastice pro infidelitate usurpat scriptura sacra, ut Ioan. 16. 8. 9. Arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me. Matth. 23. 45. Tradetur in manus peccatorum, id est Gentilium. Luc. 6. 34. Peccatores peccatoribus fenerantur. Alij affirmant Sombudum in sacris literis non quoscumque, sed valde impios, et grauissimis peccatorum sarcinis oneratos peccatores dici. Et certè nomen hoc non actum, sed Sabitum significat, ut annotat. S. Thomas, atque adeò conuenit iniquissimis, quales putabantur Gentes sine Deo, et ideo omni viciorum genere coinquinatè.

S. Augustinus super Sunc. Iocum, nomen inquit, peccatorum Gentibus imposuerunt Judei vetusta quadam superbia tamquam ipsi iusti essent, videntes stipulam in oculo alieno, et non trabem in suo. qui satis expressè representantur in parabola Pharisęi. Peccatores non negat Paulus Iudeos esse peccatores, siquidem asserit indigere fide, ut iusti efficiantur, sed ait non esse tam grauibus, tamq; multis infectos peccatis. quandoquidè et Deum verum colebant, et eius lege regebantur, et in timore Dei, et religione vitam meliorem instituerant. Neque impij erant, et idololatrię mancipati. Ad Rom. 2. et 3. docet latè Paulus omnes tam Iudeos, quam Gentes peccato obnoxios. Primasius scitè, et breuiter, dicit, non ex Gentibus peccatores, peccatores tamen. Arias Mont. Peccatores dicuntur quasi à lege, et notitia Dei aberrantes. Hieronymus quasi immundi, ac sine circumcisione. S. Thomas non quidem de numero peccatorum, qui inter Gentiles sunt absq; legis freno ad peccandum propensi subaudit sumus. Serypandus videtur ita intellexisse. Nos natura Iudei sumus peccatores quidem, sed non ex Gentibus. quid si dicamus ironię speciem in his verbis inesse; quod videtur intellexisse Augustinus, ut in dicant eius verba paulo ante prolata à nobis: subintelligi debet verbum sumus nisi vis sensum Suis versiculi perfectum non esse, pendere que ab illo verbo. credimus, quod in sequenti ponitur, ut nos Iudei sit eius suppositum. Sed necesse non est, cum Nos iterum cum coniunctione et sit eidem verbo suppositum, et facilior sit intelligentia sine tautologia primę personę per eclipsim verbi: Substantiuũ, que frequentissima esse solet. Hoc etiam magis conuenit expositioni multorum patrum, qui sententiam hoc versiculo claudunt, et connectunt

7.

8.

01

cum superiori, imo et distinctio versiculi sui a subsequenti, et interpungendi ratio idem suadet. Glossa, Interl. Lomb. imo fere omnes verbum subaudiunt sumus, Syranus etiam fuius, inquit, nomine peccatores, in quo minus proba- rem, nisi illi faueret Syrus.

Scholia in V. 16.

9.

Scientes autem Græcè εἰδότες ὅτι, Erasm. Pagn. Vatab. quoniam scimus. In Græco, ut vides, non est vocula autem, Lecta tamen (legit certe interpres Theodoretus, uti noster interpres vulgaris) non perturbat sententiam, quicquid visum fuerit Mariam, nec redudat, quin potius augere videtur, et vim pro- bere argumento, si tamen subiteas cum Aria, ad huc paruum sedes sensum, potest interpretari per et, ut sit Hebraismus, vel Hispanismus, q. sabiendo, I. contodo esso sabiendo, I. sabiendo impero. Unde verò Scē scientia constiterit Pau- lo, et Petro, et nos ipsi scimus, ex doctrina, et reuelatione Domini Iesu Sabita. Vi- de Caietanum, Dionysium, Catbanium.

quod non iustificatur Hellenismus vsitatus, quem Erasmus reddidit per infinitum bene latinè. Iustificare, verbum forense significat iustum pronun- ciare, ut frequenter audivimus apud Prophetas sacros, et in hac significatione, Va- tab. sic accepit, sed perperam; apud Paulum non solum ita, sed sepius pro- munda a peccato, seu ex impio iustum facere, siue iustum in iustitia promo- uere, sumi solet; et ita hoc loco sumetur. quod rectè Adamus annotavit, est q. communis expositio, ac verissima. Solet. Rom. 2. An. 13. Iustificare tripliciter usurpatur in sacris literis, 1. qui demum iustus fit, et iustitiam assequitur, quam prius non habebat; ut pote non iustus, seu iniustus, et peccator; ut dicitur iustificari Rom. 4. 5. Credenti in eum, qui iustificat impium. 2. qui iustior ex iusto fit, aucta amplius iustitia dicitur iustificari. Apoc. 22. 11. qui iustus est, ius- tificatur adhuc. 3. qui iustus ostenditur, ac declaratur, iustificari etiam dici solet, Eccl. 7. 5. Non iustificas ante Deum. Matt. 12. 37. ex verbis tuis iustificaberis.

Non iustificatur homo, id est, nemo iustificatur siue Iudæus, siue Græcus, siue Hispanus, siue Persa, siue ex ultimis orbis partibus accitus. Anselm. ponitur indefinita propositio pro vniuersali. Dionysius, ut statim iterum repetitur. Ne miri igitur iustitia contingit, aut gratia datur, qua ex peccato liberatus, et emaculatus Deo reconcilietur. ex operibus legis, id est, propter Moraq. Legis obseruan- tiam. paulo inferius latius de hoc disputatio credibile.

10.

Nisi Scē vocula non nihil moratur interpretes. Alij volunt esse Hebrais- mum, et subaudiendum non expressum in priori parte sententiæ, ut in ps. 1. Non resurgent impij in iudicio, neq. peccatores etc. Hebraicè et peccatores, ubi subauditur non quod expresserunt 70. ps. 9. 20. Non in finem oblitio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. in Hebr. loco 2. non ex- plicatur non, sed intelligitur per figuram ἀπὸ τῆς κατὰ. Alia exempla vide apud Adamum, et Salmeronem. Alij scilicet Ioannes Arboreus, Alfonsus Salmeron, Cornelius, Iustin. qui sequuntur Hieronymum, probabilius dicunt εἰ μὴ pro ἀλλὰ Græcè positum, hoc est quasi, pro sed quod sequitur Syra trans-

[Handwritten signature]

Latina reddens pro αλλὰ. sed. In textu Chrysostomi secundum versionem Erasmi legitur, sed tantum et sic vertendum, ipse in annotatione sui loci edocuit; melius tamen sine particula tantum vertitur, ut notavit Cornelius contra Nouatores, quibus fauere solet Erasmus sub pelle ouis vulspeculam dissimulans. Exempla vide apud Salmeronem, Iustinianum, et Cornelium, qui ostendunt nisi pro sed saepe à Latinis usurpari. quae tamen exempla ego non probo, licet probem expositionem, quoniam fere in omnibus exemplis, quae P. Salmeron profert ex euangelio nisi est exceptiua, et non aduersatiua, quod ex Apocal. magis ad rem facit; quae uero ex profanis libris profert Iustinianus non sunt satis ad rem propositam, quia exceptiua uidetur in eis esse uocula nisi, quod citat ex familiaribus epistolis Ciceronis P. Cornel. magis appositum est. de re inquit, nihil iudicare possum, nisi (id est sed) mihi certè persuadere talem virum nihil temerè fecisse, id enim et Lexica indicant Latina.

In Hispano certè idiomate frequenter occurrit nisi, pro sed. Soc est sino pro mas, I. pero V. g. no era Pedro sino Iuan, Latine reddes, non Petrus, sed Ioannes erat. Et quamuis alias nisi coniunctio sit exceptiua, Soc loco aduersatiua est, alioquin non efficeret sensum, quem intenderat Apostolus, nimirum Iustificationem à peccato fieri per fidem Christi, et non per opera Legis. Quare qui nisi Soc loco exceptiuam esse uolunt (ut uidetur uoluisse Arias Mont. cum in sua translatione ponit si non, quod idem est atq; nisi) aberrare quidem iudicandi sunt ab Apostoli mente, et scopo, quem sibi proposuerat, Nam cum nisi, siue si non conditionem includat, ex uerbis Apostoli Soc colliges, opera Legis non Iustificare, si fides absit, tamen si adsit, Iustificare quidem. Quae sententia valde aduersatur Apostolo, qui totis neruis contendit Soc perspicuum facere (contra Iudaeos, qui simul cum fide caeremonias exquirebant ad Iustificationem) nullis operibus, sed uñ fidei Deberi Iustificationem. Cum Iustificatio gratia sit, et gratia non ex meritis nostris, sed gratis ex Dei misericordia conferatur credentibus, sicut oportet in Christum Iesum. Sed facit Arias zav nō. i. si non iudicauit aduersatiuam. Ut Hispanica Sino. Nam Hispani hys imitari in hoc uidentur.

11.
Hispani uag
gratiam
si uidetur
sine hēlogē
sine hēlogē
sed interpretant
zav nō. sino
sino. hēlogē
hē reddi
et q. aduersati
uam.

Illud uero attentè considerare te uolo prudens Lector, quod docuit S. Aug. de Spiritu, et litera cap. 13. 14. 15. quo ad negotium Iustificationis nihil interesse inter legalia, et moralia opera; nihilominus quia praesens controuersia de caeremonijs Legis potissimum assumpta fuit (ut in sequentibus dilucidius patebit) Sunc locum communiter de his Legis operibus interpretari solere; sed certè uera erit doctrina generalius intellecta de omnibus Legis operibus Iudicialibus, caeremonialibus, moralibus: quin, et de quibusuis operibus, quae facere possit etiam non Iudaeus, nec Mosais praescriptionibus astrictus. Soc indicat Interl. et Lombardus cum ait; nullo denique modo iustificatur homo nisi per fidem. et sic propriè ponitur coniunctio nisi in significatione exceptiua, qua ratione arbitror intelligi à Glossa, Lyra, S. Thoma, Anselmo, Ambrosio, Augustino, et ceteris, qui eam pretereunt sine alia expositione, Theod. Sheop. Ricm. Gagn. Caiet. Claud. Mariana.

Imo crediderim sane fuisse expositionem Adami ex Hebraismo, ubi



vult subintelligi non ex precedenti membro, aliàs vix locum habet, nisi ita ef-
feras, non iustificatur homo ex operibus legis, nullo modo iustificatur nisi =
per fidem. etc. id verò valet ad commendationem gratiæ, quæ ut dixi modo non
ex ullis nostris operibus, sed gratuita Dei benignitate condonatur. Item Soc
velim animaduertas sub nomine fidei etiam includi reliqua dona, et virtutes
quæ simul cum illa disponunt ad gratiam recipiendam, spem, timorem,
Charitatem, penitentiam etc. Sæ quippe ex fide quasi ex radice consurgunt, =
Sub eas intelliguntur tamquam sub matre filii. Vide Cornelium, et Salmeronæ
citantem Concilium Tridentinum Canone 9. Sessione 6. ubi anathemate percu-
titur qui contra senserit, et docuerit.

Cum Adamo præterea notabis, licet Soc propositio, Fide solum iustificatur
homo, vel vni fidei debetur iustitia, qua coram Deo iusti sumus; vel Perfi-
dem solum, vel Perfidem tantum iusti reddimur. Bonum et Catholicum
sensum contineat, si non dispositiones liberi arbitrij ad gratiam iustificantem, sed
merita propria excludas; tamen propter hereticos nostri temporis ab Soc modo loquē-
di abstinendum, quia suspicionem seum affert, et venenum potest in verbis late-
re. Indegs inferunt Lutherani dispositiones penitentis superuaneas esse, cum suffi-
ciat sola fides. quod cit. can. 9. præiudicat et anathematizat.

14

Deniqs rem diutius considerans, et verba Apostoli frequenti meditatione per-
pendens ex his verbis, non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Je-
sue christi. Sunc sensum video elici posse, ut velit Paulus sanctos veteris testa-
menti ex operibus quidem legis iustificatos, sed non nisi per fidem Iesu christi.
non quod legis opera ex se, aut ex meritis operantis concurrerent ad iustificatio-
nem, sed quod assumerentur tamquam figure, et umbre, signaue, atqz protes-
tationes fidei, qua credabant Christum suo tempore venturum. Itaqz illa opera
legis à fide habebant, quicquid habebant boni, ut aliquomodo iuuarent iustifi-
cationem. Quare, qui circumcisione ut typo iustificabantur, non per eam solum,
sed per fidem, siue formalem, siue virtuale, vel implicitam, vel explicitam, qua
credebant Christum venturum redemptorem, et mediatorem, iustificabantur.
Vide Hieronymum, s. Bonam, Anselmum Arboreum. Hoc igitur sciebat
Apostoli, nisi fide adiuncta opera legis non posse iustificationem operari etiam
in illo statu ante Christi aduentum. Quo supposito sequitur ut iam Soc tempore post
quam Christus aduenit, quia cessarunt esse typi, umbre, signaue futurorum, nu-
llomodo requirantur ad iustificationem; sed vna Christi fides viua sufficiat, atqz
necessaria sit; quare statim repetit Apostolus, ut iustificemur ex fide Iesu Chris-
ti, et non ex operibus legis. Vbi vides omnino iam excludi opera legis à consortio
et coniunctione fidei; ad quam prius admitti visa sunt. vnde ad extremum vniuer-
salitatis intulit, propter quod non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. qua
propositione non solum gentes externe, et alienigene, sed omnes etiam Iudei
et non Iudei comprehenduntur; si ita explices nullum inquam modum
sequitur, et omnia verba Apostoli ita necessaria sunt, ut minimè possis obli-
cere tautologiam, aut repetitionem non admodum necessariam. Probo hæc magis

15

Et nos emphaticòs dictum. q. d. non solum gentes, que cum à Deo essent

alieni, ab eiusque gratia aberrarent, uti peccatores manifesti; sed etiam nos ipsi, qui Deum confitebamur, et colebamus per Legem: videri quod poteramus non indigere hoc iustificationis modo, aut ratione; certi verò nullius operis esse legalia, ut pote iam mortua, et instar umbrarum evanescentia. In Christum Iesum credimus, id est, Christi Domini Iesu filij Dei fidem amplectimur, ad ipsum veluti fidei columen, spei refugium, iustitię aut solem contendimus, Christi fidei nos committimus, ei nomen damus, sub eius vexillo crucis militare parantes. Gręce $\epsilon\chi\iota\varsigma$ $\epsilon\upsilon\beta\alpha\mu\epsilon\upsilon$ Credidimus, sic transfert Arias Mont. et Crasimus cum ceteris, qui eum sequuntur. Tigur. Pagn. Vatab. ita etiam legunt plerique interpretes, et Pagn. = imo et Hieronymus, Syriaca versio credimus habet sicut et nostra per Clementem edita; Sensus tamen non variatur, licet modus varietur, et tempora ut patet consideranti. Ut iustificemur ex fide nimirum hoc intendimus, ut ipsa nos fides, qua in eum credimus, iustos efficiat ab omni peccato puros, mundosque reddat; et non ex operibus Legis, iam amplius studeamus vllō modo iustitiam sperare; que mortua vitam non valent vllā ratione exhibere; imo ex se ipsis, seu quatenus opera Legis sunt, numquam iustitiam contulerunt; nec vim in se habuerunt, ut conferre possent. Ne quis ergo existimet simul cum fide Christi opera Legis iustificare, subiunxit Apostolus, et non ex operibus Legis, quod apertius dixit Rom. 3. 28. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus Legis. et Rom. 5. 1. Iustificati ergo ex fide.

Quęres fortase, quę sint opera ista Legis? Respondent scholia Gręca; quę necessaria sunt in lege a natura homines edoceri; qualia sunt illa; non occides, non adulterabis, et alia moralia, quę continent precepta Decalogus. At de Neomenia, de sabbato, de Circumcisione, de Leproso, de sacrificijs, de cibis prohibitis etc. huiusmodi ceremonialia precepta propria Legis esse, de quibus natura nihil docuit; de his itaque Legis operibus negat Paulus oriri perfectam iustitiam, non solum hoc tempore, cum iam desierunt vim habere, sed illo etiam, cum in suo robore erant, eorumque transgressio peccati reos efficiat transgressores, sed his non obstantibus, quę supra diximus, magis consentanea sunt Apostolicę doctrine, ut iam iam explicō.

Propter quod, quidam .i. Bruno, Caiet. Gagn. Serip. Catbar. Cornel. causalem faciunt, et pro quia, vel propterea quod interpretantur, quod aliis factum ab interprete dicunt. Alij, ut Legion. malunt esse illatiuam, proquam obrem, quocirca utrumque admittit, quę in Gręco est particula $\epsilon\iota\omicron$, sed neutrum probat Adamus, quia, si dicis esse illatiuam, idem infert se ipsum; si causalem, idem facis causam sui ipsius; et erit vicium, quod a Dialecticis in argumentando appellatur petitio principij. Ipse itaque epiphonematicam particulam facit ad maiorem asseuerationem eorum, quę dicta sunt adhibitam. Acclamatio nimirum confirmat, et exaggerat. Est autem Hebraismus usitatus in sacra scriptura, ut ps. 72. 2. quia inflammatum est cor meum, id est planē inflammatum Ps. 76. 12. Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Heb. ad Verbum Memor ero, quia memor ero ab initio. quod sic latine dixeris, Memor ero, atque ad eō memor.



18.

Itaque Apostolus Soc loco, ut ex animo omnino loqui videretur, idem repetendum sibi existimavit. q. d. proprus, vel utque deo ex operibus Legis etia

Sicet acumen videatur Soc expositio præferre, nihilominus ego non video cur non queat explicari Latine Soc propositio, ut indicat particula propter quod in sua proprietate, vel causaliter, si pro quia, ut aliis ab interprete posita est, et hic Syrus, Erasmus, reliqui etiam transtulerunt, et confirmat Valsques.

Quid enim obijcis petitionem principij, cum dicere possimus esse diuersas propositiones, alteram particularem, alteram vniuersalem, quarum vna infert aliam absque vllò vicio. Igitur ex eo quod Iudæus non Iustificatur ex operibus Legis, rectè inferas nullum hominem ex ijs Iustificari, qui primus sensus est, et fere communis. Tum etiam ex eo, quod nullus homo ex operibus Legis Iustus fieri possit, æque bene probatur, neque Iudæum ex ijs Iustificari posse. qui sensus etiam Sabet suos patronos; certè S. Thomas utrumque sensum agnoscit, et admittit Soc loco, et Caietanus dum ait, quod prius supponebat scitum, nunc ad maiorem explicitationem subiungit, ut intentum, vel ut rationem intentionis. P. Alfonsus Salmeron Adamum sequutus epiphonematicam probat locutionem, et addit, more Hebræo repeti ab Apostolo eandem sententiam ad maiorem asseuerationem, et certitudinem. sic Ioan. 3. 15. prius per negationem, deinde per affirmationem Christus Dominus eandem sententiam exposuit, cum ait, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed Sabeat vitam eternam. sic etiam Rom. 3. 20. eadem, que in presenti sententia prius negatiuè proposita. quia ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro coram Deo; post vero affirmatiuè; Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus Legis.

Theoria 2^a Circa illud ex operibus Legis.

19.

Questio est, an intelligatur Soc sententia de operibus Legis præstitis, an non præstitis? Respondetur Non solum per opera Legis non pot est quis iustificari, propterea quod illa plenè, et integrè, Soc est, omnia præstare non valet. Act. 15. Sed etiam si ponamus aliquem omnia ad unguem Legis mandata præstitisse, si is fide caruit, nequaquam ex ijs præstitis operibus iustificabitur; Impossibile enim est sine fide placere Deo. Heb. 11. 6. At qui fidem obtinet Christi Iesu, per eam Iustificatur, dum modo viua sit, et caritate formata; nec præterea vlla opera Legis, quatenus opera Legis sunt, requiruntur ad consequendam iustificationem. Unde si præcepta Decalogi quis expleuerit sine fide, non assequetur iustificationem.

20.

Contra videtur stare illa sententia Rom. 2. 13. Factores Legis iustificabuntur. Respondeo tamen, cum Paulus asserit factores Legis iustificari, non loquitur de 1. iustificatione, qua peccator emundatur à peccato, reconciliatur Deo, atque ex impio fit iustus, et sanctus, ut loquitur in presenti; sed loquitur de secunda iustificatione, qua homo iustus iustior fit, seu ut breuius dicam non de initio iustificationis, sed de progressu loquitur. et ita quidem verum est per observationem Legis non iam Mosaiçæ, sed naturalis, seu diuinæ, seu etiam humanæ, quæ iusta sit, debet obseruari, hominem iustificari, id est in iustitia progredi. Sed tamen Legis

Observatio non supponitur esse sine fide: quin imo fides radix est reliquarum virtutum, et ita etiam observantia legis. Ergo opera precedentia fidem non iustificant, subsequenter vero quatenus ex fide, et gratia procedunt, iustificant. Soc est augent iustitiam, atq; declarant hominem esse iustum, nam et Soc significat iustificare, ut superius diximus. Vide Iohannem Rom. 2. ann. 13.

Non iustificabitur omnis caro. ^{scholia} Hebraismus pro nulla caro. sic Luc. 1. 37. Non erit impossibile apud Deum omne verbum, id est, nullum verbum erit impossibile Act. 10. 14. Numquam manducaui omne commune et immundum. Ioan. 3. 15. Et omnis, qui credit in ipsum non pereat. Gen. 4. 15. Posuit Dominus in Caïn signum, ut omnis, qui invenisset eum non interficeret. ubi vides non omnis contra regulas Synchronistarum poni pro nullis.

Rursum caro pro homine ponitur per synecdochem usitatam in sacris libris, ubi pars pro toto posita est, omnis caro, id est, omnis carnaliter sentiens, et exponit August. quod Interl. annotat de gentibus. Sic carnis nomen usurpatum, de Iudeis verò superius nomen hominis, nescio quam verè, aut qua necessitate annotavit. + homo, numpc

Primasius etiam sic commentatur, Non iustificabitur omnis caro. Soc tem pore, quia olim, inquit, iustificabatur ex fide Iesu Christi omnis caro, cum eccle sia eius in toto orbe fundatur. quod ex Hieronymo accepit, indiget etiam inter pretatione, quam tamen non admittit Pater Iustinianus. Tota enim Savius Loci contentio eo spectat, ut manifestum fiat ex lege neminem iustificari. Apel lat autem Primasius hunc simplicem intellectum q. d. primo se offerentem. non tamen affirmat esse verum, aut tenendum. Chrysost. et cum eo alij Greci annotant cautè, et prudenter loqui Apostolum, dum non tamquam malam, sed tamquam infirmam legem relinquendam dicit, nec ociosam appellat circumcisionem; quam tamen postea magis in disputatione pro gressus dicit periculosam, imo et perniciosam; pedetentim enim progredi tur, ne Iudeos offendant, qui audiunt, dum Petrum obiurgat amice, et familia riter.

TEXTVS

V. 17. Quod si quærentes iustificari in Christo in ventum sumus, et ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Absit.

Syr. Trans.

V. 17. Quod si dum studemus iustificari per Meschi cso reperimur et ipsi peccatores, ergo Ies c sua Meschicso minister est peccati? Absit.

Ar. Mont.

Si verò quærentes iustificari in Christo repe riamur, et ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister? Absit.



Erasmus.

Parum mutat. quod si dūm querimus etc.
 Num ergo Christus etc.
 Figur. Pagn. Vatab. semper sequuntur Eras
 mi translationem

Theoria. I.

quid hoc versu velit Apostolus, et quomodo
 sensus eius connectatur superiori.

1. Quorsum Sic inducat Apostolus, quæque eius fuerit mens, et scopus, quæque
 ratione cum superioribus congruant, et ordinentur difficillimum arbitror
 iudicare. Aded variant expositores diuersis abstracti, et distracti cogitatio
 nibus, et opinionibus.

Potissima difficultas oritur ex eo, quod appellantur peccatores ij, qui
 iustificari querunt. Cur enim illis impingitur peccatum? Num quia eo
 ipso, quod iustitiam querunt, indicant se peccatores? an quia fides non dat
 eis iustitiam, quam ad ea querunt? an quia legem Moysis saluti necessa
 riam, deseruerunt? an contra quia eam obseruant, cum iam sit mortife
 ra? vel certè quia impotens ad salutem? an verò quia cum fide inueniun
 tur in quibusdam esse peccata? Tetigimus precipuas, et communiores
 expositiones, sed rem exactius, vt explicemus, penitiùsque intelligatur
 quæ sit verior loci sui explanatio: aut horum sententias breuiter
 proponamus.

Expositio I.

supponit peccatores ex eo quod querunt iustificari.

2. S. Ansel. in priori ex duabus, quas habet, expositionibus, existimat Sunc
 versum 17. esse explicationem superioris versus 15. vbi visus est Aposto
 lus negare Iudeos esse peccatores, cum ait, nos natura Iudei, et non ex
 gentibus peccatores. sed cum mox subiecerit eosdem Iudeos iustifica
 tos per fidem Christi, aperte confitetur esse peccatores. non enim ius
 tificatur nisi peccator: ex quo quis fortassis, male quidem, et insipienter,
 tamen colligere posset, Christum Iudeis ad se venientibus peccata prius
 ministrare, et imponere, vt eos post modum per fidem, et gratiam suam
 iustificaret. Hanc autem insipientem illationem refutat Apostolus, dum
 subijcit versu 17. quod si querentes etc. q. d. si studium nostrum iustifica
 tionis per fidem Christi manifestè nos facit peccatores, vt et gentes scien
 tur; vnde peccatum nobis ad se sit? num a Christo. ò insipientiam singu
 larem! Prius certè typho superbie cæci Iudei putabamus nos iustos, sed
 postquam Christi lumine illustrati sumus, deformitatem videmus culparum
 nostrarum; quas non Christus ministravit, vt faceremus, sed ostendit, vt

ut cognitas corrigeremus. Intenebris potest latere deformitas, non in solis radio lucidissimo, ubi euidenter apparet, cum tamen illam sol minimè efficiat. Non effecit in nobis Christus peccata, sed sua luce fulgentissima, apparere fecit, quæ latebant intenebris superbie, et ignorantie nostræ. - Appropinquauimus ad subtilem regulam Iustitiæ Christi ab ea dirigendi: at: ecce deformem animaduertimus fortitudinem Iustitiæ nostræ, qui rectos nos antea sumus arbitrati. Flactenus Anselmus, cuius magis exposuimus sensa quam verba. quæ, si cum Versu 18. sequenti conveniât, mihi magnopere placent. Hanc expositionem video secutum esse S. Remigium, qui sic Summe Locum declarat. quod si nos natura Iudæi querentes Iustificari in fide Christi, in baptis mate; inuenti sumus peccatores, dum venimus ad baptismum: Numquid Christus fecit nos peccatores, ut peccatum haberemus; ut esset in nobis quod mundaret? Absit. sed quia lex non poterat Iustificare, idè venit Christus, ut credentes in eum, Iustificaremur.

Eadem expositio videtur fuisse S. Augustini, dum sic ait: An forte, dum in Christo voluerunt Iustificari, peccauerunt, quia si iam Iustierant, aliud querendo, utiq; peccauerunt. ^{citatur pro ea Theodoretus, sed magis Aug. faver sequenti} ~~Leno etiam Theodoretus, qui ita dicitur, Soc peccauimus, Soc reputatur transgressio, quod queramus Iustificari per Christum; sed si sancti Doctores magis fauent expositioni sequenti.~~

Expositio. 2^a

Quæ peccatores supponit dici ex omissione legalium.

S. Thomas Soc versu 17. asserit proponi ab Apostolo questionem contrariam conclusio ni illate. ex precedenti argumento, quæ usq; ad finem Suius secundi capitis tractatur, soluitur, et explicatur, ut patebit in sequentibus. Conclusio autem Soc fuit: Iustificatio à peccatis per Christi fidem habetur, et non ex operibus Legis. At cum Iudæi ipse contra sentirent, proponit questionem Apostolus: si non fides, sed Legis opera Iustificant. (Soc contraria conclusio) querò à vobis, numquid Christus peccati minister sit? quod si negatis, ut necesse est, fideles enim vos esse profitemini, si mul etiam necesse est, ut fateamini per fidem Christi Iustificationem esse, et non ex operibus Legis, quod intendo probare. Occurrit certè Apostolus obiectioni, quæ fieri poterat à defensoribus Legis negantibus per fidem auferri peccata, sine Legis obseruatione, atq; ut eos conuincat, deduxit in maximum absurdum, quod ex eorum assertionem manifestè sequebatur; nimirum Christum esse peccati causam, siue occasionem, quod quam longè absit ab eo, qui venit tollere peccata, et pro illis Sostiam fieri, satis apertum est.

Dixerat etiam Paulus superiori versu, se, et reliquos Apostolos sciuisse Iustificationem non fieri ex operibus Legis, nisi per fidem; quod autem tunc prætermisit, vult nunc explicare, per Christum nempe id cognitum, scitumq; sibi fuisse; Soc illis verbis exponit: Numquid Christus peccati minister est? cuius ex doctrina cognouimus per fidem, et non ex operibus Legis Iustitiam veram anime accidere. Sicut Soc etiam Sic docet Apostolus; tamen eius præcipua mens

docet

ea est, quam ex s. Thoma explicuimus. Atq; ut facilius percipias lege paraphrasim
Suius versus.

4

Hæc expositio s. est ex quatuor, quas refert s. Thomas, estq; verissima, Sabeiq;
magnos patronos, et doctores plurimos, ^{et tunc} tam Chrysostomus sic explicat: *Nam si*
non potest, inquit, fides in eum (Christum scilicet) iustificare, sed opus est rur-
sum amplecti legem: et si postea quam legem reliquimus ob Christum, non ius-
tificamur ex legis omissione, sed condemnatur; comperiemus illam esse cau-
sam condemnationis, cuius gratia cum legem reliquerimus ad legem ultro re-
currimus. Ad legem ultro recurrere videbantur, qui cum Petro recedentes à con-
uictu Gentium conuersarum Iudaisantibus consentiebant observando legis ritus,
quos qui observandos dicebant (ut Clarius annotat) volebant eos ad salutem esse
necessarios, atq; ad iustificationem; quam, qui à Christo quærerent, ob id pec-
catores esse, quia scilicet id relinquerent, unde iustificarentur. ex quo sequeba-
tur, et Christum peccati causam esse; quia ob fidem in illum relicta esset lex.
Hæc ex Clario. Hieronymus autem, si nunc à Gentibus recedendo Sac agi
mus, ut quicumq; circumcisis non fuerit, immundus sit, ergo fides in Christum,
in qua putabamus saluari, magis est peccati ministra, quam ipsum tollat, cū
auferat circumcisionem, quam qui non Sabet, immundus est. Hæc Hieromy
mus in nomine Christi, fidem Christi intellexit, cum ait, fidem in Christum
peccati ministram, quam expositionem secutus est Vatablus sic reddens. Num
quid Christi lex, et doctrina euangelica ministra est peccati? sed de Sac inferius
rationem reddemus

5

Pro Sac expositione citatur s. Anselmus, certè eius expositio secunda diuena
non est, ut patet legenti. si nos Iudæi, inquit, transeuntes ad Christum, et in illo
quærentes iustificari, qui in lege nequimus iustitiam adipisci, impii sumus etiã
nos peccatores, sicut et Gentiles: quia cognitum est nos semper in corde legem
gressos esse, licet eam seruarem in opere. (Hoc itaq; in Christianis factis ex
Iudæis, qui per speciem solum ritus legis seruabant) numquid Christus, quimo
nuit, ut legem relinqueremus, et ad se transiremus est minister peccati? s. mi
nistrat nobis peccatum in eo quod iubet, ut à rigore legis discedamus, et ad grati
am veniamus? Absit. Non est enim peccatum sic relinquere legem.
Citatur etiam Primasius, cuius expositio minus plena esse forsitan videbitur ob
breuitatem affectatam aut Sori, que sic Sabet. Si Gentes, inquit, fides sola
non saluauit, nec nos, quia ex operibus nemo iustificabitur; ergo ad huc pecca
tores sumus; et Christus peccatorum minister est; itaque non valens peccata
donare. Expressit putatus Hieronymus eandem eiusdem verbis sententiam, ut
vix scias, quis à quo sumpserit. Primasius in eo esse peccatores vult, quia fides
non substulserit peccatum. Clarius in eo quod legem saluti necessariam relinque
runt. Chrysostomus, et Hieronymus vtrumq; coniungunt, ut Legionensis, et
Adamus egregie declarant; quos sequitur Cornelius, imo et Iustinianus.
licet sic crediderit suam expositionem esse diuersam, sed in eo, in quo differt
minus audiendus est. Nam et si Petrus non se subtraxerit à Gentibus quasi

immundis, nec assensus sit Iudæis, nisi ut vitaret eorum scandalum, seruiens exterius
 ceremonijs, sed non in corde, ut dixit Anselmus. Tamen ita arguit Soc factum Pau-
 lus, quasi ex eo sequerentur ea damna, quæ, si serio Iudæis parat, sequerentur. Unde
 dixit, quomodo cogis Gentes Iudæis parat? etc. nunc, Numquid Christus peccati
minister est? qui scilicet relinquat suos in peccato, non auferens illud per fidem,
 si præterea necessaria est Lex, ut auferatur. quod verò dicit, vniuersaliter intel-
 ligendam esse hanc doctrinam, non magis refert, si tamen non neget in sua, et
 Iudeorum, siue Apostolorum, siue omnium conuersorum ad Christum, persona locu-
 tum Paulum (ut patet verba expendenti) quod autem non ad Petrum, sed ad
 Galatas. Sec dirigatur oratio, non ei assentior, nisi eamodo, quo supra dixi V. 15.
 Catharinus ad sententiam Primasij accedere videtur, cum ait, inueniri peccato-
 res, quia fides peccatum non auferit, ut Iudæisantes suo facto profitentur. Chris-
tum verò peccati ministrum instar Legis, quæ occasionem præbet et peccandi, iu-
 uens, et non iuuans, imò plus imperat Christus, atq; adeo magis est occasio peccan-
 di, si nec iustificat, nec auxilium gratiæ præbet. Huc itaq; ex Primasio sumptum
 videtur, qui ita inquit, Numquid Christus peccati minister est? Absit. Peccatori-
bus ministrat sicut Moyses, quia per Moysen i. Legem aucta sunt peccata, non
 ablata. Sententiam Chrysostomi tenuerunt Theoph. Occum. Lomb. in l. ex-
 tribus expositionibus, Calet. Gagn. Clar. Adam. Legion. Salin. Corn. Justin.
 etiam ut dixi. Item Serip. tenuit eam Hieronymus verus, et existimatus. Item
 Primasius, ~~et Anselm.~~ et Anselm. Hugo Card. in l. ex tribus expositionibus,
 Sgra. Mariana, quinimo et Augustinus, et Theod. pro priori supra citati.

Thom. s. Thom. 8

Expositio 3.

Supponit peccatores dici Legem obseruantes, seu
 iubentes obseruare.

Aliam expositionem habet Ambrosius satis à precedenti diuersam; non enim vult
 esse peccatores, qui legem omittant, deserant, aut transgrediantur; sed qui eam
 seruent, amant, doceant q; seruandam; cum tamen in Christo quæsierint iusti-
 ficari. Quod certè faciebant Iudæisantes, et ex facto Petri sequi videbatur. Ad-
 uersus hos argumentum suum intendit Apostolus, et probat ex sac doctrina sequi il-
 lud, quod incredibile, ac impossibile est, Christum esse authorem peccati, siue minis-
 trum; quippe qui suos fideles iuberet esse sub lege, Legi seruire, Legi ritus obserua-
 re. quod esse peccatum, vel statum peccati ex eo supponitur, quod quærent ipsi per
 fidem Christi iustificari; quoniam ex lege id assequi non sperant, nec possunt.
 Non autem quærent iustificari nisi cognoscerent se esse peccatores, peccatoris
 enim est quærare iustificationem, sicut egestatis id, quo egestatem effugiat, fame
 oppressi, quo famem depellat. Verba s. Ambrosij sic sunt; sed si iustificari quæ-
rentes per fidem Christi, Legi seruiamus, sub peccato nos esse profitemur, quasi
des extrahit hominem à lege, ut iustus sit, ergo si daonus nos Legi, peccatores in-
venimur, quia, qui sub lege sunt, sub maledicto sunt. Hanc Ambrosius vult qui dicit
 In hac expositione illud difficile est, cur, aut quomodo qui legem seruant, pecca-
 tores sint? quomodo etiam Christus ex hoc quod legem seruire iuberet, sequeretur

6.

7.



esse ministrum peccati. Glossa Ord. in 2. expositione, quam videtur P. Lombardus mutuatus, non aliter probat, nisi quia ex eo ipso, quod querunt iustificari in Christo, recognoscunt se fuisse peccatores in lege, que vim non habebat ad iustificandum. Ex quo rursus colligit, si lex eos, qui in ea excellēbant, maiores erant, et perfectiores, ut ludęos, non eximebat à peccato, sed potius peccatores, vel ostendebat, vel efficiebat; ergo ubicumque (addit Lombardus) post passionem Christi servatur lex, ministrat peccatum. quare si Christus minister esset legis, eā servare iubens esset consequenter minister peccati. ~~Seco procedit secundum opinionem Hieronymi, qui tenent legem ex morte Christi esse servanti~~ ~~proferant.~~ Hanc expositionem sequitur Ireneo, et cum ~~sequenti comparat~~ ~~sequenti comparat~~ Eadem glossa in priori expositione ~~in prioribus expositionibus~~ ~~superius commissa~~ (que Bedę esse dicitur ibi) ~~sta~~ tum legis dicit esse statum peccati, in quem ne laberentur, qui transeuntes ad Christum per fidem, ad huc vellent servire legi; quod si Christus pateretur, esset minister peccati, .i. prioris status, in quo qui erant, erant in statu peccati, sicut transeuntibus ad iustitiam minister erat iustitię. Hanc expositionem etiam affert Lombardus. ~~ex quo ostenditur~~ ~~lex esse servanti~~

8. Claudius ex eo colligit esse peccatores (et eadem est sententia Vatabli) quod simul cum fide Christi amplectantur legem tamquam necessariam, ut per eam iustificentur; quod si lex necessaria ad huc esset, sequeretur non solum esse iustificatos per Christum, atq; ad eō Christum ministrum peccati, qui suos fideles reliquisset in peccato. Hęc expositio videtur ex Chrysostomo sumpta, quam videtur docuisse, vel potius insinuasse illis verbis, que supra citavi mus, si non potest fides in eum iustificare, sed opus est rursus amplecti legem. Eodem enim modo fit argumentum, siue interpretaris peccatores deserendo, aut omittendo, siue amplectendo, et servando legem, si supponas vtrā libet modo tolli à fide Christi vim iustificandi, et dari legi. Tantum in hoc discrimen erit, quod argumentum necesse est, ut ad diversum modum procedendi dirigatur, vel iudicantium, qui servandam dicebant legem, vel eorundem, qui transgressionis accusabant eos, qui illam non observabant.

9. Arias Montanus Ambranium secutus est, et explicat, cuius sic sunt verba; Itaq; is, qui sub lege est, eo ipso quod sub lege est, fatetur se non iustificatum, sed ad huc peccatorem manere, et sub maledicto legis obligatum legi, quam plene præstat observare, colere debet. Is vero, qui Christum habet, à legis maledicto liber est, ut pote iustificatus. si ergo querentes nos, et studentes in illa conditione esse, quam Christus affert ijs, quos iustificat, hoc est in iustificatione, et sanctitate, volumus etiam esse sub lege, fatemur nos velle esse iustificatos, et simul peccatores, quod si quis dicat eos, qui in Christo iustificati sunt, debere etiam esse sub lege, siue sit iudeus, siue gentilis, perinde est, atq; si dicat Christum attulisse mundo ministerium peccati, atq; ad eō ita iustificasse homines, ut eos, qui obligaret, subiectosq; fecerit legi Moisaice, que eos, qui sub lege sunt, peccatores constituit, atq; ita Christus argueretur fuisse minister peccati, hoc est homines iustificasse, et deinde legi subiecisse, inq; conditionem peccatorum redigisse, quod absit. Hęc Arias Montanus egregie.

^{expositione,}
 S. Bonav. in 2. et 3. ~~expositione~~ ^{expositione} duas ~~expositiones~~ ^{expositiones} Glossæ (quæ Lombardus
 etiam habet, licet prius posteriorem referat) ita pressè, et dilucide exponit, ut
 manifestè constet, quod inquirimus; ait itaq; 2. modo potest exponi, ut sit sic
 sensus, si querentes iustificari in Christo, ex hoc ipso quod querimus nos iustifi-
 cari inveni sumus. i. ratione comprobamur, et ipsi peccatores fuisse propter
 hoc, quod Legem observabamus. Numquid Iesus Christus peccati minister
 est? ut scilicet mandauerit homines post suam passionem legalia obseruare,
 quod sine peccato fieri non potest? Attendendum quod hæc expositio procedit
 secundum opinionem Hieronymi ponentis statim post passionem Domini Lega-
 lia esse mortifera. Hactenus auctores, et modi declarandi 3. expositionem.
 subijcio tamen 4. que ab hac parum distat expositione.

Expositio 4.^a
Peccatores supponit observatores legis non sufficientis
aufferre peccatum.

¶ Sunt que subsequuntur Verba s. Bonav.

3. modo potest exponi, ut quod dicit, inveni sumus peccatores, pertineat qui-
 dem ad statum, quo Lex observabatur, non tamen, quod ipsi offenderent se-
 cundum Legis observantiam, sed propter Legis defectum, que peccatum auferre
 non poterat, ut sit sensus; si querentes iustificari in ipso inveni sumus, et ipsi pec-
 catores, i. peccatum Sabentes, lege peccatum non auferente, secundum illud Rom.
 3. 9. Causati sumus Judæos, et Græcos omnes sub peccato esse, numquid Iesus
Christus peccati minister est? ut reducat nos ad observantiam Legis, in qua
 sub peccato eramus. Hæc expositio procedit secundum opinionem Augusti-
 ni, et eadem est, quam ex Beda refert Glossa Ord. ex qua illud tantum pos-
 sum colligere, Legem non esse sufficientem ad tollenda peccata, et iustifican-
 dum homines, eiusque statum, esse statum peccati; quod ex Rom. 3. probatur:
 quam si Christus vellet observari, vellet consequenter peccatum, siue statum
 peccati, quod tollere venerat. quod cum dicendum non sit, nec dicendum, mane-
 re peccatores illos, qui ad fidem Christi venerant; nec debere Legem observare;
 si enim querendo à Christo iustificationem, monstrabant se fuisse peccatores in
 statu Legis, non erat vllà causa, cur Christus illos vellet ad illum eundem pecca-
 ti statum redire.

10.

Appendix.

Ex precedenti expositione 3. non aliud colligo nisi ideo non seruandam Legem
 veterem, quia iam esset prohibita, et mortifera ex passione Christi in posterum;
 atq; adeo, si Christus seruandam vellet, induceret ad peccatum; quod cum incredibi-
 le sit, etiam incredibile est iustificatos per Christum debere seruare Legem. Vtriusq;
 expositio probat Legem veterem non esse seruandam à Christi fidelibus, et quia
 ex se non iustificabat, et quia abolita, et prohibita per Legem euangelicam. quod
 contra Petrum probare nisus est Paulus. Ex illa questione, Numquid Christus pec-
 cati minister est? cui responsum est negando, Absit. i. minime. Intendit Paulus
 probare, quod prius concluderat, nimirum, non esse ex Legge iustificationem, sed

11

+ (quod ex verbo
 Petri colligi in
 debatur)



ex fide christi. Argumentum fit sic. si christus non est causa peccati, ergo fideles, qui non seruant legem, non sunt peccatores propter omissionem legis. Probatur consequentia, quia cum propter christum eam omittant, cui vocanti obsequuntur, peccatum redundaret in christum, quasi aut solem. quod quam sit absurdum manifestum est. Hoc procedit secundum expositionem 2^{am}.

Potest etiam sic argumentum formari, si christus non est causa peccati, ergo non iubet seruare legem, quam qui seruant, in statu sunt peccati, quippe cum lex nequeat auferre peccata; quod ostendunt, qui ad christi fidem transeunt, ut iustificentur relicta lege, in qua iustificari non poterant. Hoc est quod coligit expositio 4^a. immo 3^a. **Expositio 5^a**

Peccatores appellat post iustificationem à christo acceptam, peccata repēentes.

12.

S. Thomas, præter superius allegatas expositiones, aliam ^{q. lxx} recitat, quam et si non existimo esse, que explicat mentem Apostoli, tamen non alienam ab ea arbitratus sum; potestq; aliquam utilitatem afferre, ideo sic subiungam; que in eo consistit, ut ij iudicentur dici peccatores, qui post fidem acceptam suis cupiditatibus obtemperantes, iterum ad peccata redierunt; quorum peccatorum, non christus, qui gratiam donat ad perseuerandum ijs, qui assidue petunt; sed eorum negligentia, et praua voluntas causa sunt. Quod si (inquit Paulus) qui uentes iustificari in christo accepta iam per baptismum hac gratia inueni sumus, et ipsi noui christiani, sicut et gentiles peccatores, quippe qui nostris aduerti desiderijs, iterum ad peccata declinauimus: Numquid christus peccati minister est, et damnationis? quam propter peccatum incurrimus, tamquam ipse, qui uocauit nos ad statum perfectum, occasio fuerit, ut in ea peccata laberemur; sicut moyses legis veteris minister, consequenter dicitur fuisse minister peccati, et damnationis, non aliter nisi quia lex moisaica occasio erat peccati, et mortis; quia prohibens peccatum, non conferebat gratiam ad illud uitandam, et vincendum! Sed Absit à fidelium cordibus ista absurda, et iniqua cogitatio. Nam christus dominus non solum iubet semper omnia fugere peccata; sed pariter donat, et confert gratiam, omniaq; auxilia necessaria ad illa uincenda, fuganda, et abolenda; quare nullo modo nec directè, nec occasionaliter aut solem, aut minister potest esse peccati etc. Hæc expositio tollit scrupulum, qui quis fortè irgeretur, ut objiceret Apostolo, fidem christi non auferre omnino peccata, nec omnino, aut intotum iustificare: siquidem in fidelibus reperiuntur esse peccata, ita ut propter illa sepe eternam damnationem incurrant, imò ad duriores penas, et maiora supplicia dammentur; quippe qui ex altiori gradu perfectionis, et gratiæ decident. Sed aptè responsum est non christi, sed eorum hoc causa evenire. qui gratiæ uocationis minime, ut par erat, respondere, ac se conformare uoluerunt. Hanc expositionem uidentur, si non omnia, tamen ex parte probare Primanius, et Catbarinus, quos supra retulimus. eam 3. loco recitat Cornelius.



Explicata iam sententia huius versus adhuc minutula quedam reliqua sunt
 annotanda. quod si Græci ἔστι si vero. Lombardus interpretatur, sed si
 et quia si, quasi sit coniunctio prior aduersatiua, seu causalis; certè, ut notat
 Adamus transitus particula est, seruitq; coniungendis periodis, et continuandæ
 dictioni. et frequens eius usus solet esse in obiectiõibus inducendis, uti in præsen
 ti, et passim aliàs. Cicero, quod si quis à me causam quaerat, ita respondet, ubi
 pro sed poni dicit Calep. querentes. ΖΗΤΟΥΝΤΕΣ adhibita diligentia, studen
tes, seu volentes efficaciter iustificari. remissionem assequi peccatorum. Inuenti
sumus ΕΥΓΕΘΥΜΕΝ. Erasmi. reperimur. sic aliq; translationes per præsens ver
 tunt, Arias, per subiunctiuum, reperiamur.

13.

Et ipsi, sicut qui ex gentibus, peccatores, alludit ad versum 15. sed de quo pe
 cato intelligi debeat sic locus difficile dictu est, cum ex supra allatis expositioni
 bus aliq; ad omissionem legis, aliq; ad obseruationem referant, aliq; ad pecca
 ta post baptismum admitta, aliq; ad ea, quæ nunquam remissa fuerint, re
 talisse videantur. Mihi tamen maximè placet, ut non de aliquo peccato specia
 li, sed de quouis in genere intelligatur locutus Apostolus; sicut in illo versu 15. ad quem
 allusionem diximus factam in Soc 17. versu. ibi enim de gentibus est sermo, qui
peccatores dicuntur, non ob aliquod speciale peccatum, sed quia iustitia carant,
 et peccato sint obnoxij siue originali, siue actualibus; quibus conferuntur iudgij,
 cum eodem nomine peccatores nominantur, quatenus iustitia carere, et cum
 peccato esse creduntur, atq; iustificationis egentes. Hoc placitum confirmo ex
 epistola ad Rom. capite 2. et 3. ubi tam iudgij, quam Gentiles asseruntur
peccatores, non alter, nisi ratione explicata. Vnde est illud, quod supra retu
 limus cum 5. Thoma in 3. expositione eius, (que Sic 4. refertur à nobis. Soc)
 Rom. 3. 9. Causati sumus iudgias, et Græcos omnes esse sub peccato. vide Ada
 mum Sic.

14.

Numquid Christus peccati minister est? ob Christi reuerentiam (ut no
 tat Caietanus) interrogatione usus est Apostolus; qua mollior fit sermo, et mi
 nus asper. Horrent enim aures siquid audiunt de Christo simile, seu quod
 cum peccato sit coniunctum, asseri, et affirmari; quare numquid pro expo
 nitur, ut Rom. 3. 5. Ioan. 5. 3. Hierem. 18. 20. Nihilominus Ambrus. August.
 Chrysost. alijs sine interrogatione legunt, et inferunt, ergo Christus peccati
minister est. fortè quod particula Græca ἔστῃ diuerso accentu utrumque
 polleat. et numquid, et ergo Soc, acuto illud circumflexo, quod Corn.
 notauit.

Christus. Sic per metonymiam intelligitur poni pro Christi fide, reli
 gione, et doctrina, sicut et supra in Christo, i. per fidem, aut doctrinam
 Christi, ponitur enim utroq; loco aut sor pro re, cuius aut sor est, seu
 efficiens pro effecta, ita intellexisse videtur Hieronymus, quem se
 quutus est Vatablus, sic Moyses pro lege Mosayca, ut supra in exposi
 tione 2. vidimus ex Hieronymo.

15.



16.

Peccati minister, Sic, ut acutè notat Adamus peccatum pro se ipse iam Sabet, dum quasi persona inducitur, et veluti rex, qui Sabet ministros, sicut Rom. 6. 12. 13. fit etiam allusio ad Moysen, qui veteris legis fuit minister, et consequenter peccati; quod illa Lex non modo non aufererat, sed quodammodo efficiebat occasione per prohibitionem data hominibus maioris, et feruentioris desiderij, ac concupiscentie. Rom. 7. 11. occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Itaque sicut Lex Moysis dicitur ministrasse, et inseruisse peccato; sic colligit Paulus, non tamquam verum, sed tamquam absurdum, falsum, et impossibile, Legem et doctrinam Christi ministrasse, et inseruisse peccato; nam Lex Christi, et doctrina euangelica, sicut et Christus ipse, non solum non dat occasionem, vel minimam occasionem peccandi; quinimo abundantia gratie diuine, quam secum affert, omnes occasiones peccandi tollit, omnes vincit, et superat carnis, mundi, ac demonis tentationes, allectationes, siue illecebras, et irritamenta peccandi. Testimonia, et auctoritates scripture sacre, quibus ostenditur Christi domini munus esse non fouere, sed delere, ac funditus e mundo peccata tollere, passim inuenies. nonnullas indicant noster Salm. nosterque Iustin. Socloca.

17.

Absit forma negandi, præsertim in re nimis absurda, et incredibili. Græcè μή γένοιτο, Latine ne fiat. Hispanè, Dios nos libre, vel arre dro vaya satanas. quien se atreue a pensar tal, nunca dios tal qui era. est autem Sec interiectio Sorrentis, seu abominantis rem dictam. vnde et profertur cum signo, et motu admirationis, seu stuporis, cuiusdam. August. Non solus, inquit, sed cum omnibus dicit absit, quia alij etiam in Christum crediderunt. (Crisostomus Sec inquit; Non in Galatas tantum, sed in omnes quadrant, qui eodem tenentur errore. nec tam Petrus, quam eius arguuntur discipuli. Plura addit in eis, qui Soc tempore ad legis ceremonias aspirant, que si libet, legito.

TEXTUS

V. 18. si enim que destruxi, iterum Sec edifico, preuaricatorum me constituo.

Syr. Trans.

V. 18. si enim que demolitus sum, eadem rursus edifico, me ipsum transgressorem mandati exsibeo.

Alie fere nihil mutant.

Theoria. I.

De vera intelligentia Suius versus 18.

Questioni, seu obiectioni superiori versu propositæ respondit Apostolus per negationem. Absit, inquit, ut Christus sit minister peccati. Sane negationem adhibito argumento à repugnantibus, siue con-

trarijs confirmat presenti versu docens, et manifestans absurdum, seu incredibile, quod in
 forebatur ex eo quod Christus diceretur minister peccati. Absurdum quippe est, et in-
 credible, ut idem ipse, que demolitus est, iterum instauret; quod factum non modoma-
 xime alienum debet esse a sapientissimo legislatore, sed neq; in hominem a ratione deten-
 tem potest cadere. ergo minime dicendum, nec cogitandum quidem de Christo, cuius sa-
 pientia, Dei sapientia est. Quare perperam objicitur cum fide eius ritus oportere ser-
 uari Iudaeos. Idem enim esset, destructa iterum edificare, demolita instaurare. Venit
 Christus, ut statum peccati, et regnum eius aboleret; qua ergo ratione dici de eo po-
 test velle, aut imperare Legis ceremonias, quarum observatores in statu erant pecca-
 ti; si everror regni, non ergo instaurator; si peccati hostis, non igitur fotor, siue fautor.
 repugnant enim ista, et sibi inuicem aduersantur, contraria q; sunt. Non itaq; Chris-
 tum cadere possunt; quod tacite sine dubio dicunt, non esse satis ad iustificationem,
 et remissionem peccatorum. Dicunt nimirum de Christo Domino absurda, incredibi-
 lia, repugnantia, aduersa, atq; contraria. Sec mens Apostoli, et Sicut 18. Verus sen-
 tentia, que magis ad huc explicabitur ex diuersis aliorum expositionibus, et ex annotatio-
 nibus, quas statim subscribemus, singula verba, et expendentes, et dilucidantes. sic con-
 tinuat Sicut Verum cum precedente s. Thomas, Arias Mont. Ioan. Arboreus, Gagn.
 Dionys. ^{Chiam Catharinus} Trexo, Hieronym. Lomb. fauent Sicut continuationi, et si aliter ex-
 ponunt ipsam sententiam.

+ qui fidem
 Christi absq;
 Legis Mosai-
 ce observatione
 dicunt

Quidam existimarunt Sicut versu nouam rationem contineri, qua Legis obseruantia
 carnales probarentur, iam amplius nec vigere, nec retineri debere. quod si quis contra-
 nitatur, et velit iam relicta in usum reducere, ipsum se suo damnare facto, et transgres-
 sorem declarare, qui que destruxit, iterum edificat; quod aduersum Legem est, ut sequen-
 ti versu 19. ostenditur. Hanc viam sequuti sunt Aduamus, et Legiomensis (vt supra re-
 tulimus ad versum 17.) ³ Ambros. Primasiusq;. Sunt alij preterea Sicut sententia; sed
 variè eam explicant. Chrysostomus, et Greci patres. Item Anselm. Caiet. Trexo, et:
 alij in aduersarios dicunt retorqueri argumentum, seu obiectionem. q. d. vos calum-
 niarumini nos transgressores, eo quod Legem non seruamus; ego contra aperte probo esse
 vos transgressores, qui Legem seruetis, Legiq; adseratis. Iterum enim obtemperando
 Legi, fatemini esse eius transgressores, qui prius eam deseruistis.

Anselmus ita iungit Absit, quia non est peccatum in deserendo Legem, sed in redam-
 do ad eam; quia, si que destruxi opera legis, vt inutilia relinquens, iterum edifico, vel simu-
 lando vt Petrus, vel predicando, vt pseudo Apostoli, contra Legem facio, que se dicit termi-
 nandam.

Cornelius Paulum arbitratus est de se uno locutum. (quod etiam existimarunt Interl.
 Syra, Lomb. Trexo, licet aliter explicent). Est, inquit, aliud argumentum probans
 perstandum esse Christianis in abolitione legis; vel potius occurrit tacite obiectioni,
 et mentali calumnie. Dicitis forte, vel cogitabitis, id quod Iudei, sed falso, vobis in-
 culcant, me apud Iudeos, et secreto Iudicare; sed absit Sicut a me Hypocrisis. si enim
 que publicè destruo, vim iustificandi, Legis obseruantis detradens; Sicut eadem priua-
 tim, vel apud meos reedifico, eam iterum Legi asserens; sanè preuicator sum; quia
 Hypocrita, et impostor, et velut alter Proteus, qui ad omnem ventum fidem mutio, quod



nemo dixerit. Non est tamen hoc loco ista mens Pauli, qui quæ in sua persona repre-
sentat, de alio vult intelligi, ut supra copulicere, et mox amplius explicabo. Nec
vanus satis percepit mentem Apostoli, dum asserit suo exemplo illum probare, ab-
ijcienda esse legalia. quam expositionem etiam tenet Anselmus ^{autem} ^{Inter} ^{erlin} ^{Am}
et eam secutus Lombardus, quorum hæc sententia. Absit, ut Christus sit peccati mi-
nister, aut legis, ego enim sequax eius destruxi legem rationabiliter vivendo, et docen-
do, et si legem iterum edifico, prævaricatore me constituo; quia contra legem facio
spiritualiter intellectam. Ex quo inferendum, si ego, qui sequor doctrinam Christi,
in dimittenda lege non peccavi, nec Christus peccatum ministrat docendo eius ipsius le-
gis dimissionem. Non dico hoc doctores non rectè argumentari, sed non ad sensum
Apostoli.

5. Remigius sic format argumentum, si circumcisionem, quam predicavi dimittam
quam, iterum prædico observandam, transgressorem me facio tam legis, quam Evangelii
lij; quia si circumcisio poterat iustificare, in hoc, quod illam destruxi, transgressor
extiti, et si postquam veni ad Evangelium, iterum redeo ad carnalem legem, simili-
ter prævaricator extiti. Et notandum, inquit, Sanctus, quia contra Petrum ista lo-
quebatur, qui gentes cogebat circumcidi, non verbo, sed opere, subtrahendo se ab illis,
cum et ipse circumcisionem predicaret non observandam. Hæc Remigius, quem
Seripandus Cardinalis sequens, elegantius eadem dicit.

Seripandus, iam non amplius de Petri persona, ut initio fecerat, neque de utriusque
(ut paulo post) sed de sua tantum loquitur, ut ostendat factum, siue simulationem illam
de qua disputat, etiam si ab ipso profecta esset, propter id, quod ex ea consequeretur
fuisse reprehendendam. Si enim, quæ destruxi legis opera, hæc iterum edifico, præ-
varicatore me constituo. quippe qui prius deserui, quæ repetens, facto ostendo
me debuisse servare. Hæc id erat, quod fecerat Petrus.

Theodoretus, non de se solum, inquit, sed de Apostolis hoc dixit, quibus visum
erat, ne qui ex gentibus crediderant, legem servarent. Apertè autem (ait sic doc-
tor) transgredimini ea, quæ sunt convента, ea, quæ edificavimus, diruentes, gentes qui
ficavimus non super legis, sed super Christi fundamentum.

Equidem non ab ore, mihi auctim persuadere (nisi illa fuisset mens Apostoli, quam supra
initio suius vericuli declaravi) ita à Paulo Christum negari ministrum esse peccati
ut peccatum rejiciat in proprium auctorem; nempe in me ipsum, qui peccaverim
redeundo ad legis, quam deserui, observationem; vel certè iterando, quæ destruxi
eram peccata, in baptisinate, accepta fide. q. d. Absit, ut Christus sit minister
peccati. Ego enim sum, qui mea sponte pecco, et transgredior legem Christi, Sani-
mem veterem reedificans, qui per Christum desierat esse, sepultus cum eo in bap-
tismate, ut versu 13. sequenti patebit. Induit itaque Apostolus peccatoris personam,
ut probet se, non Christum, esse ministrum, seu operatorem peccati; sub persona au-
tem sua quilibet peccatorum intelligi vult; præcipue autem eos, qui erant auctores
retinende circumcisionis, et Moysiæ legis observationem imitaurandi. In quos, ut in-
dicant scholia Græca Cæumenij, retorquet Apostolus argumentum, ipsos prævarica-
tionis accusans, qui contra legem, quam credunt se tutatos, iniquè faciunt, quod sequenti
versu, ut Theophylactus aduertit, probabitur. Hæc Chrysostomi expositio magis expli-
cata. Catbarinus, et Iustinianus etiam ita exponunt. Si enim quæ destruxi in bap-
tismate flagitia, et peccata, consequenter quæ onera legis, iterum hæc edifico.
vigere ostendo, ceremonias iterans legis, iterumque peccans; quod necesse est, si illic
edificatus non sum, sed lege constrictus, ut olim, prævaricatore me ipsum constituo.
atque meo facto declaro; et quia contra legem mihi prescriptam facio, et quia adhuc
pristinis sum irretitus flagitijs. Quare, prævaricator, mortis damnationem incurri.

siq; sum obnoxius. Ex quo patet Christum non vitam, sed mortem attulisse, quod dicitur ab
sua dissimè, atq; adeò dicendum non est me in Christo non fuisse iustificatum, ut dicunt
Iudaii antes.

Caietani expositio (ad calcem. sicut) Sic proponenda, qui existimat ex hoc loco =
Apostolum non ad Petrum, sed ad Galatas loqui; cuius rei signum, quia Sacerdos
pluraliter, deinceps singulariter loquitur. Explicat q; Galatas, quæ Petro dixerat.
Societas q; presenti versu illam particulam declarat inuenti sumus, et ipsi pecca-
tores. seruando nempe legalia in presenti, declaro me preuaricatorem; quod
ea prius reliquit credendo in Christum. sed parum mihi probatur hoc textus conu-
stantia, licet expositionis sententia vera sit, et consona superioribus, quæ etiam
affert alter Cardinalis Scribandus. quod ad legem gentes adducendo (quod ex
Petri facto sequebatur) inueniretur, et ipsi peccatores. in his verbis ostendit si
enim etia qui enim opinionem euerterat parandæ per legis opera iustitiæ, capien-
do cum Gentibus iudicium; eandem construat ab epulari eorum accubatione se-
cedendo; in quo se ipsum facto culpabat; quod peccasset mandatum legis pretermi-
tens. Hæc expositio Decumenij expositionem imitatur.

scholia

Sed libet singula verba perpendere, atq; examinare, ut magis dilucidius
sic verus evadat. Ac primo aduertendum est verba destruendi, atq; edificandi
metaphorica esse, imo si allegoria fit ex continuata metaphora (ut Rhetores
definiunt) quis non agnoscat illam allegorie speciem, quæ Paromia Græcis,
proverbiū Latinis dicitur. quod rebus, temporibusq; accommodatur, ut illud,
Canis reuersus ad vomitum. accommodatur ei, qui post penitentiam ad peccata
redit, et illud, etiam Saul inter propsetas, in eum quadrat, qui artem, quamnum-
quam nouit, usurpare videtur. sic hoc loco, hoc proverbiale prologium Paulus ad eos
accommodat, qui legem reliquerant, et iterum assumentebant; ut visus est facere
Petrus, et reliqui, qui ad Iudaicos ritus eius exemplo redire cogebantur, vel certè
ad iterantes peccata.

Hæc autem allegoria, siue metaphora desumpta est ab architectis, qui si pu-
blice, seu priuatim iubeantur arcem aliquam, siue palatium insigne demoliri,
et solo æquare, nefas sit, et contra mandatum, si postquam illud euerterunt, et
complauerunt, iterum velint erigere, et edificare; presertim si illud fuisset
latronum latibulum; vel, si non perniciosum, saltem inutile haberetur. Hoc
certè facere videntur, qui Moysi legem structuram armosam, cariosam, iam
veterustate pene consumptam, Christi Domini iussu demoliti sunt; atq; iterum
erigendam curant, siue qui peccatum, id est diaboli arcem, ubi ipse libenter
commoratur, semel per baptis-
tis sacramentum destruxere, iterumq;
construere moluntur. sunt certe isti nefarii, atq; impij, siue legis, siue reli-
gionis transgressores, atq; proditores.

Circa particulam si attende, eam esse conditionalem, atq; adeò, nihil
(ut dialectici loquuntur) ponere inesse. quare licet Paulus de se ipso loqua-
tur, seu de Christo Domino, nec se, nec Christum appellare, aut facere pre-
uaricatorem; cum in neutro eorum conditio apposita vera, aut probabilis sit.

Attende rursus coniunctionem enim causam reddere, (ut ego opinor, et initio probauit) precedentis proximè negationis, Absit, ad Christumq; referendam conditionalem propositionem, quæ cum manifestum continet absurdum, imo, et impietatem, maluit in sua persona proponere Apostolus ob Christi honorem, et reuerentiam; Verumtamen, ut rem à se sicut, et à Christo alienissimam, et absq; dubio ~~in~~ omnibus notam. Sed dum Christum, vel se ipsum visus est grauissimi criminis coarguere, illos profectò de produtione legis tacitè reos facit, qui ea dixerant, seu fecerant, quibus Christum fidei autorem peccati ministrum facerent, siue dicerent preuaricatorem, et sui ipsius proditorè. Retorquet itaq; Paulus argumentum in aduersarios, utiturq; prouerbiali forma dicendi quasi telo in omnes partes versatili, quod dum putatur se ipsum transfigere, illos traictos prosternit sumi, et veluti Dauid Gigantem proprio iugulat mucrone.

Theoria. 2^a

In qua disquiritur veritas prouerbij. si que destruxi et

8.

Sed occurreret quispiam, qui veritatem huius prouerbij, seu conditionalis propositionis neget esse perpetuam. Multi enim edificia nimis antiqua, et ruinam minantia diruunt, ac destruant, atq; illa iterum instaurant, et reedificent, non modo sine crimine, sed etiam cum maxima laude. quare non est cur de preuaricatione damnetur quisquis, quæ antea destruxit, Scæ iterum edificat. At dico nihil hac obiectione obstante veram esse Pauli propositionem conditionalem, 1^o quia prouerbia deijs sumuntur communitè, quæ plerumq; ita accidunt, licet quandoq; aliter contingere possint, ut illud, Serò seram pomis post furtum latronis. Certè tunc non serò, cum furtum aliud, seu maius timeatur; siquidem non dicitur serò omnino, quod opportunè, et utiliter fit. Præterea, qui nouam domum exedificat, veteri, et ruinosa prius euerit, non eandem, sed aliam fortè similem, non nunquam diuisilem destructæ construit. qui si eandem omnino sine ulla differentia, aut bonitate maiori absq; maiori firmitate, aut elegantia reedificaret, insanus haberetur, qui frustra operam, et pecuniam consumeret. quamquam si aliud vicium non appareat, nisi inconstantia hominis modo aientis, modo negantis, iam destruentis, iam rursus edificantis, satis est, ut abesse debeat à viro bono, et Apostolico, multoq; magis à Christo domino. stultas Sabotur, ut dicunt Hispani satis trita phrasi, el que todo se leua eno Sajer, y des Sajer.

9.

Deinde, quod maximè attendas oportet, non tam consideranda est veritas, quæ allegoriè verbis in cortice significatur; sed magis illa, quæ per sensum interdicitur, siquidem allegoriam dicimus cum aliud verba, aliud sensus significant. Prouerbiūq; non quod sonus verborum auribus exponit, sed aliud quidem, ad quod applicatur, accommodatq; arbitrio loquentis insinuat, quod secundum subiectam materiam, de qua tractatur, ac sepe non sine difficultate

tate percipitur. que causa in presenti facit, ut iste versiculus ad eum fuerit diffi-
lis in varias opiniones expositores distrahens. Recte ait August. et ex eo:
Lombard. Salm. et S. Thom. qui destruxit rem falsam, et que destrui posset,
ac deberet esse in vicio reedificando. Non tamen, qui rem bonam, ac perfectam
lapsam, aut labentem instauraret, ac renouaret. quare qui redit ad fidem, qua
deseruit, qui virtutes prius amissas recuperat, et in se reedificatas curat, non est
pruaricator, sed laude dignus.

Postremo ex locis scripturae sacrae ad quos allusionem habet hic locus, facile
potest constare quam congrue, et quam vere hunc versiculum instar paremie
subiecerit Apostolus. Alluditur hic, quod nisi non est dubium ad euetionem
ciuitatis Hierico. Iosue 6. 26. hugita destructa est iubente Domino per Iosue
em imperatorem exercitus Israelitici; ut sub maledicto cautam fuerit, ne quis
eam iterum edificaret. Versu 26. Maledictus vir, qui suscitauerit, et edificaue
rit ciuitatem Hierico. quam legem transgressus Abiel experientia didicit,
propeteticam fuisse maledictionem; que ipsi tamquam pruaricatori diuina
legis accidit. 3. Reg. 1. 6. 34. Si ergo ciuitas illa sub anatsemate destructa
typum gessit status legalis, seu peccati; optimo iure, siue legem, siue peccatum,
destructa a Christo reedificanti, et instauranti pruaricationis crimen obijciatur,
veluti eis, qui aliquid reseruarent de anatsemate Hierico, comminatur Iosue
illis verbis c. 6. v. 18. Vos autem caute, ne de his, que precepta sunt quicquam con
tingatis, et sitis pruaricationis rei.

Hic figurę adiungi potest illud Eccli. 34. 30. qui baptisatur a mortuo,
et iterum tangit eum, quid proficit Lauatio illius; sic homo, qui ieiunat in
peccatis suis, et iterum eadem faciens, quid proficit Sumiliando se? Ad quem
locum alluditur 2. Petr. 2. 20. 21. 22. Si enim resurgentes coinquinationes
mundi in cognitione Domini nostri, et saluatoris Iesu Christi, sis rursus im
plicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim
erat illis non cognoscere viam iustitię, quam post agnitionem retrorsum con
uerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato, contingit enim eis illud
veriprouerbi; Canis reuersus ad vomitum. Hunc locum Petri. S. Thomas ci-
tat. Sic in suis versus expositione, et alterum de ciuitate Hierico, quem expli-
caui prius.

Preterea Ps. 27. sin. Judaii ante post aduentum Christi propeteticę dictam
est. quoniam non intellexerunt opera Domini, destrues illos, et non edificabis
eos. quos, nisi gloriantes de lege Moysi, quos cum suis legalibus Deus erat om-
nino destructurus. De ijs vero, qui e captiuitate peccati, et onere Legis re-
dempti a Christo Domino, in eius fide, et religione perseuerarunt, illud intel-
legendum Hierem. 24. 6. et edificabis eos, et non destrues. De Iudaiismi tena-
cibus defensoribus post Christi fidem acceptam illud Eccli. 34. 28. Unus edifi-
cans, et vnus destruens, quid proficit illis nisi labor! quod quadratum eos,
qui secum Petro subtraherent a conuicta gentium, et licet simulati le-
galibus adserabant. Ad quos ex Theodoroti sententia hic locus referendus

10.

est, ut eius verba indicant superius scripta. Iure ergo optimo de prevaricatione legis damnantur, qui tot mandata legis transgrediuntur, quot sic locis, que protulimus, contenta sunt. Plura etiam versu sequenti commemorabimus.

Scholia.

11.

Que destruxi. que ista? Respondet Theopylactus, Guterrius, Primasius, Ambrosius, Legion. S. Thomas, Legem carnaliter intellectam, siue observantias carnales. Syran. Caiet. Legalia August. Lomb. S. Thom. superbiam gloriantem de operibus legis. Serip. opinionem parandq per legis opera iustitig. Iustin. et Catbar. flagitia, seu peccata. omnia ista vera sunt sane intellecta, sed fortassis magis ad mentem Apostoli, ista sunt opera legis. ita Anselm. que destrui dicuntur, cum vis iustificandi eis denegatur (ut indicavit Cornel. sup.) seu cum post Christum inutilia, et vana esse predicantur (ut dixit Guter.) simili-
liter superbia, et gloriatio Iudaicantium destruitur, cum inutilitas carnalis observantiq declaratur, et lex inefficax ad iustificandum ostenditur. Est etiam secundum mentem Apostoli, ut hec intelligantur peccata, (quem sensum profundiorum dicit Salm) que destructa in baptisate, rursus non sunt committenda. sed idem est destruere statum legis, atq; peccatum destruere; cum propter indicanda peccata lex constituta dicatur.

Destruxi, metonymia, quia res ponitur pro signo. i. docui destruenda, si militer edifico. i. predico edificanda. Ita etiam constituo. i. opere declaro. idem tropus est in his tribus verbis. Ita declarat Claudius, Syranus, et alij; licet tropi non faciant mentionem. Si enim, que destruxi. i. destructa docui, iterum hec edifico. i. doceo exstare edificata; prevaricatorem me ipsum constituo. Condemno me ipsum proditionis, me falsitatis reum facio, in constantis animi crimen. i. Doctrinę mendacis culpam mihi arripo, vel impono. re-edifico, sequunt non nulli, ut Premig. Primas. Strabus, Lomb. Dionys. Caiet. Guterrius, Irexo. Sed cum precesserit iterum, non est necessaria illa propositio re, que in Biblijs correctis non ponitur. Gręci, πάλιν οἰκωδomicō, i. iterum edifico.

12.

Prevaricatorem, seu transgressorem me constituo. Ambros. et Primas. me ipsum prodo, mei accusator existo, meum factum condemno, meę sententię refragator sum; rediens enim ad Legem fio servus; qui ea relicta pro Christi fide, eram liber, quod satis absurdum est. Claud. prevaricatorem; i. a Christo alienum, in quo meam habui iustificationem. Dum Legem servandam, et nondum impletam doceo, qui docueram iam inane, extinctam, nec ab ea que rendam iustificationem. Lomb. S. Thom. Syran. Catbar. Iustin. Anselm. Salm. prevaricatorem. exponunt contra Legem facientem; sed forte non in suo rigore voluit intelligi. Apostolus hoc nomen, siquidem in eo nullam vim ponderat Hieronymus, qui sic exponit Summe vericulum, sed absit, ut quod se mel destruxi, et sciui mihi non profuisse, rursus vendicem. Gręci παράνομον transgressorem, vel peccantem significat, sed satis superius explicuimus contra Legem facere, quę rursus legis antiquatq; opera vellet instaurare. Guterrius Irexo affert diffinitionem prevaricationis ex Quantiliano, que tamen nihil

facit ad presens institutum; sed illud magis ad rem, cum ait, pruaricatorem.
 Sic esse, quasi mittentem vinum novum in utres veteres, seu miscentem terram
 celo. quod faciat, qui euangelium miscere velit cum lege veteri, contra illud
 Isai. 48. 18. Ne memineritis priorum, et antiqua ne intueamini, ecce ego fa-
cio nova. In illud vero Matae. ultimo; Memento Legis Moysi serui mei, quam
mandavi ei in Ore. dicit Glossa, Memoria non prohibetur; sed observantia
eius lucerente euangelio. Ergo qui vela vertunt putantes melius sibi esse
 recurrere (ut dicitur) quam male currere, et ad legem, quam pro fide de-
 seruerunt, redeunt, pruaricationem incurrunt.

Digressiuncula contra Lutherum.

Hic nota cum Catbarino, cum probet Paulus Christum futurum fuisse pecca-
 ti ministrum, nisi eius fides iustificaret, sed relinqueret peccatum in Somine; idē
 argumentum potiori iure fieri posse contra Lutherianam non imputationem.
 Quare non solum Lutherum ministrum, sed nequissimum mancipium pecca-
 ti omnes catholici fuisse sciunt, si modo quid sciunt.

13.

Theoria 3. An lex destruatur per fidem.

Scrupulus Sic restat eximendus. Cum Rom. 3. 31. sibi objiciat Paulus, Legem ergo
destruimus per fidem; et respondeat Absit, sed legem statuimus, nimirum per
fidem, que docet eam observare, ut oportet, quam ratione intelligi potest. De le-
 ge, quod sic dicitur, que destruxi, i. Legalia, vel opera legis. Propter hoc argumen-
 tum arbitror variis interpretandi modis excogitatos, ut alij asseruerint superbiam
 Iudeorum de lege gloriantium, alij observationes carnales, alij peccata destrui, ut
 supra retulimus. Verumtamen hoc certum esse debet, quod Paulus affirmat, Legem
Moysis non destrui per fidem, sed potius stabiliri, et confirmari; nam opera legis, si
 ue iudicialia, siue Ceremonialia, siue moralia, que absqz fide Deo placere nequibant,
 per fidem grata Deo erant, si tamen Caritas non deesset. loquitur igitur ad Ro-
 manos Paulus de lege, quatenus ante Christi aduentum suum vigorem retinebat.
 Salin. Justin. At cum illa lex typus fuerit, et pronuntius Christi venturi, eo iam ad-
 ueniente fides declarat, eam suo functam iam officio, atqz ad eo cessasse. Itaqz fides
 euangelica non abrogauit, aut destruxit legem Moysis, sed impletam declarauit. et
 Sic intimus sensus est illorum Christi verborum Matt. 5. 17. Non veni solue-
re legem, sed adimplere q. d. non abrogo legem, aut tollo, sed quia non fuit,
 nisi usqz ad meum aduentum data, per me impletum est tempus illius, ut deinceps
 censeatur abolita. Hoc est, quod significauit Paulus Heb. 8. et 9. Legem anti-
quatam, et cum sacerdotio translatam, et 2. Cor. 3. Gloriam vultus Moysis le-
gislatoris per Christi Lumen, et gloriam eracuari, dixit. que euacuatio ita sume
 da. sicut 1. Cor. 13. dicitur. Cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex
parte est. Hec ex Dominico Soto, Remigio, et Aria, et Salin. Impleta promissio-
 ne cessat eius obligatio, sed non destruitur promissio, sed roboratur cum imple-
 tur. Ita de lege Moysis dicendum, que promissa continebat, que Christus impleuit. Vide

14.



et cum eorum moriente cessauit omnia consummata, et impleta. vide Justin. et Adam. Rom. 3. Christus itaque legi plenissime satisfecit, ut queri non possit, quod illi quicquam debeatur; quo fit, ut eam abrogauerit, peccatum, et mortem destruxerit, ut credens in Christum liber sit à maledicto legis, à tyrani de peccati, et mortis, et si permanet in iustitia, consequetur vitam eternam. ex Claudio. Pedagogo, qui, nutrix, nauis, certo tempore seruiunt, dum eorum ministerio opus est, quo impleto non iam sunt necessaria, ita et Lex Moysaca. vide Augustin. Dico propterea, non dixisse Soc. Versu 18. Paulum se destruxisse legem, sed interpretes ita exposuisse; dum in metaphora, siue allegorie sensum alij aliter explicare conantur; qui tamen sensus supra iam à nobis satis enodatus dilucidatusque locum Socie obiectioni precludit; siue per accomodationem prouerbij ad Christum explices, siue inconstantie Petrum accusari uelis, siue exemplo suo Paulus non obseruandam carnaliter legem, eiusque onera abijciendo ceat. Itaque dum Paulus fidei, et legis propria distinguit, non destruit legem, sed in suo reliquit vigore, in suaque auctoritate, quippe Lex ostendit peccatum, fides uero tollit, et gratiam affert, si uera fides est. vide Adam. et Justin. Rom. 3.

Epilogus dictorum V. 18.

15. Ut breuiter, que diximus resumamus, Soc vis rationis est, Absit, ut Christus sit peccati minister, quia, si Christus, que per baptismum, fideique professionem remisit, atque destruxit peccata, iterum edificaret, uel illa fieri permitteret, uel legis casus obseruationem, atque adeo statum peccati, restituens, et instaurans, esset preuaricator, et transgressor, qui contra legem faceret; que uetat peccata, et sui desitionem, atque cessationem, seu cassationem prescribit uenturam cum Christo, et in morte eius futuram; sed Soc uel cogitare de Christo non debemus, qui uenit non soluere, aut frangere legem, et eius transgredi precepta, aut figuras contemnere, sed implere potius, et perficere, ac consummare, ut ipse testatus est, Luc. 18. 31. et Ioan. 19. 28. 30. ergo Christus non est minister peccati, potius qui contradicere sit ausus, non modo absurdum dicit, sed impietatis, imo et heresis dammandus est. Continet Soc ratio aduersus Petrifacium, et aliorum, qui Iudaicantibus, fauere uidebantur, sicuti Petrus, non paruum uesementem reprehensionem, acerbitatisque plenam. quare, ut dulciorem redderet Paulus, mitiusque eam efferret; tamquam qui se ipsum accusaret in prima, i. sua persona proposuit; quod etiam fecit ob Christi reuerentiam, ne uel disputando, atque ipsum defendendo peccati quicquam, nec umbram quidem, aut ^{sonum} ~~scintillam~~ ei uideretur impingere; monitos etiam Soc eadem ratione uult Galatas, ne deinceps legis obseruantias predicantibus credant pseudo Apostolis, siquidem absque illis fides una Christi satis erat ad iustitiam conferendam; quod qui inficiari conarentur in maximum absurdissimumque inconueniens liberentur.

16. Ad extremum aduerte Soc argumentum habere vim dilematis, quod dicitur utroque ferire cornu, et in utramlibet declines partem, occurrere.



Si enim, inquit, quae destruo, iterum edifico praevaricatorem me constituo. i. contra legem facio, siue quia destruxi, quae debuissim edificare, siue quia edificaui, quae deberem destruere. sicut itaque Petrus visus est facere, cum conuiebat gentibus, opera legis inutilia ostendebat, Liberas gentes a seruitute predicabat; rursus subtradens se ab illis, legalia praecepta confirmabat, Gentes ad seruitutem reducebat. quare in utroque se praevaricatorem ostendebat in altero legis, in altero fidei.

Textus

V. 19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo viuam: Christo confixus sum cruci.

Translatio syr.

V. 19. Siquidem ego per legem legi mortuus sum, ut Deo viuam, et una cum Meschico crucifixus sum.

Frasm.

V. 19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuerem, una cum Christo crucifixus sum.

Arias Mont.

Christo con crucifixus, ad normam Graeci Verbi
συνηγαγοναι.

Theoria i^a

Quis sensus intentus Soc versu 19.

Ex Chrysostomo Sic declaratur quomodo Lex vetus sit soluta, et desierit obligare; ex quo (quod modo dictum fuit Versu 18) constat esse transgressorem illum, qui legem iam a Deo antiquatam seruare contenderit.

St. Thomas non dissentit, dum inquit, Sic manifestari solutionem obiectionis propositae: solutio vero erat illa Absit. si enim quae destruxi, iterum haec edifico praevaricatorem me constituo. Manifestatur itaque esse transgressor legis, qui eam destructam reedificat; quia scilicet contra ipsam met legem facit, quae praescripsit sui desitionem per aduentum Christi, et Christo obtemperandum praedixit; imo et exacte praecipit; ut constat Deut. 18. Hieronim. 31. Ps. 39. Ex quo liquet Christum Dominum nec praevaricatorem legis, nec ministrum peccati, aut status peccati esse; quod in solutione obiectionis intendebat Apostolus (ut diximus precedenti versu) plenum ostendere. Neque enim ipse edificabat, quae prius destruxerat, siue legis carnales ceremonias, siue inanem de lege opinionem, siue peccata, siue omnia haec fuerint, quae destruxit, atque non iteranda tradidit per fidei, euangelijque doctrinam. Haec textus coordinatio, quam docent Chrysost. Theop. August. Dionys. Salin. Clarus.

2. Alyis placet, ut sic nouum sit argumentum ad legis obseruationem euertendam; qui particulam causalem, seu rationalem enim non ad immediata, sed ad superius dicta V. 16. Soc est, ad precipuum sensum referunt. sic Adam, Legion, Iustin. Caiet. Consequenter suae expositioni, qua dixit per V. 18. Declarari Iudgos peccatores inueniri, quia obseruando legalia, que deseruerant, indicabant se peccasse deserendo, et credendo in Christum. Nunc uero V. 19. euertit illud suppositum, docendo mortuos eos Legi, atq; adeo solutos eius obseruatione, liberè posse adserere Christo scripandus. Paucis, inquit, concludit, et suo docet exemplo, quid christianis omnibus de lege statuendum sit. q. d. Sunc esse epilogum eorum, que hactenus disputauit. His consonat Arias Mont. Non eo (inquit Paulus) sum consilio, ut legem obseruem Mosaycam, vel eos, qui Christum Sabent, doceam obseruandam; quippe quos Lex spiritus, uita, qui datus est per Christum, liberauit à male dicto legis. Sed magis probandam censeo primo loco expositam connexionem. At uerba expendamus.

Scholium.

3. Ego enim, licet in prima persona loquatur, non de se solum, sed de quouis Christi discipulo, et sectatore intelligendus est loqui uerbum Apostolus; sicut superiori uerbu non tam de se, quam de Christo intelligi debuerat, vel de Petro, et fautoribus Iudaismi, ut Anselmo placuit, et alijs. Per legem, ueterem Mosaycam spiritualiter intellectam exponunt pleriq; ut Primas, Theodoret. Bruno, Lombard. Clarius, Adam. Caiet. Legionen. Mariana, August. qui etiam infra capite 4. ex lege spiritualiter intellecta probat testamentum uetus nouo cessisse. Non pauciores exponunt per legem, nouam, Christi, euangelicam, gratie, fidei, spiritus, scriptam in cordibus. Hi sunt Amb. Hieronym. Lyra, Titelm. Sa. Arb. Vatab. Catbar. Clarius, Arias Mont. Utramq; expositionem Sabent Chrysost. Premigius, Ocum. Theophyl. S. Thom. Gagneus.

4. Sed ni fallor, utraq; uera est, licet rationes expositionis sint diuersae, qui prior sequuntur, eam proferunt rationem, quod Lex ipsa, et Christum uaticinata sit, et finem per eum sibi prescripserit futurum. Ergo si Lex ipsa sibi quasi uite terminos designauit, simul suo liberandos Iugo obseruatores eius promouit. quocirca non sunt iniqui dicendi, aut preuaricationis arguendi, qui legem eam non obseruant, dissipant, destruunt, que nec omnibus data, nec omni tempore, sed certo tantum duratura fuit, ut docet S. Thomas. Sic uide supra.

Varietas expositorum, in ~~explicatione~~ explicationis.

Qua propter sic textum Sunc explicat Caietanus. Omnis lex, et propter Christum, et se finiendam decernit. Et Clarius ipsa Lex, ait, me ducit ad Christum, qui finis est legis; ipsa se dicit abolendam per Christi aduentum. Mariana. ipsa Lex mihi indicauit Christum; per quem Legi ueteri mortuus sum, .i. eam non obseruo. Lombardus. Per legem spiritualiter intellectam mortuus sum Legi, ne carnaliter in ea uiuam. Sumpsit ex Augustino, Per legem, .i. aut seruitute legis, lege ipsa sum solutus. Quare, ut colligit Chrysostomus, si ei nunc seruiam, .i. post Christi fidem acceptam, transgressor legis ero. Gagneus paulo aliter. Per legem Legi mortuus sum. .i. mortuum me agnouit per legem, que non Sabet uim iustificandi, et suos occidit preuaricatores, ut fide, et spe in Deum uiuam.

Addit Chrysostomus (quem sequuntur Theops. Acum. Gagney) aliam ratio-
nem. Per legem, inquit, legi mortuus sum, quia cum onere, et multitudine
preceptorum uniuersi oppressi succubuerint, damnationem mortis, quam ipsa
Lex minabatur transgressoribus, uniuersi incurrerunt. Itaque per legem interemp-
ti, atque mortui (Hanc mortem pertulit in cruce, omnium peccatorum nomi-
ne, et vice Christus. 2. Corint. 5. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes
mortui sunt) iam eius vinculis sunt soluti, atque exempti. Nam mortuis audire
precipientem, vel ei obedire nequaquam datur. Hec ratio est Theodoroti, quae
probat Legionensis, sed ea magis pertinet ad connexionem, quam ipse sequitur,
quam ad eam, quam nos probamus, cui seruit prior ratio eiusdem Chrysostomi,
et aliorum, ut superiori etiam versu docuimus. Nec enim eam legem fas est au-
dire, quae mortem affert, vitam non dat. Rom. 7. 9. 10. vide in Toletio, et Legionensi.

Posterioris expositionis ratio est, quia cum fides, et gratia Christi, doctrinam
Euangelicam impleuerit, terminauerit, consummaueritque legem Moysis, ac consequen-
ter antiquauerit, euacuaueritque, Liberos ab eius onere, et oppressione reddidit
omnes Christi fideles; ut veluti mortua cadauera illi sint, nec plus ei ausculten-
tur, aut obtemperent. Ex quo constat, quod V. 18. intenditur, fidei esse prouaria-
torem, qui pristinam legem cum fide simul obseruandam duxerit, aut docuerit,
cum illa iam sit finita, ac mortua. Vita legis Moysae (que tota in typis, et umbris,
sive imaginibus et prophetiis oraculis sita erat) significatione futurorum constabat.
igitur cum desijt significare futura, viuere desijt, ac mortua est. quod in cruce conti-
git Christi, qui dicto consummatum est; emisit spiritum, et simul lex cum eo ex-
pirauit. At cur non dixit Paulus, legem nobis mortuam, sed nos legi mortuos? Cautè
factum ait Chrysostomus, nam et sonorem habuit legi à Deo profecto, et iudgos no-
luit liberiore dicto exacerbare. sed certè sicut in cruce simul cum Christo peccator
mortuus, ita et lex peccati, et mortis ministra mortua est.

Ratio 2. esse potest, quae sic explicatur. Potius obedire debemus uiuo verbo legisla-
toris, quam uerbo scripto; atque adeo mortuo. Nam mandata, et leges idè scriptis com-
mittuntur, quia ij, quibus dantur, longè distant à legislatore; ut eius quidem uiuam
uocem audire nequeant; quod si ad illum accesserint, iam non scripta mortua, sed
uiuam uocem debent attendere. sic inquit S. Thom. Somines dum ad Deum acce-
dere non potuerunt, legem acceperunt scriptam, et obseruarunt; Sabentes uiam ac-
cessum, ut ait Apostolus Rom. 7. 2. Per Christum ad Deum, iam non amplius scrip-
tae legis rationem Sabere debet, sed Deum audientes obedire Christo, et eius man-
dati, ex quo vox Patris intonuit, ipsum audite. Matt. 17. 5.

Secundum hanc 2. exponendi formam sic textus explanandus est. Per legem
nouam, veterem non obseruo, hoc est, legi mortuus sum. Arias Mont. Lex spiritus ui-
uae veterem sominem in me extinxit; in quo somine lex illa uetus uigebat maledictio-
ne sua. Illi, itaque legi mortuus sum per legem spiritus in corde meo inscriptam. Itaque
iam non uiuo legi, sed uiuo Deo, qui in me est per fidem, et gratiam.

Legi, Moysaeque (omnium calculo), i. ueteri, carnali, littere occidenti. Mortuus sum, de
functus cura, et necessitate legis seruandae, i. liber à iugo, et vinculis legis pristinae;

exemptus ab eius carnalibus observantijs; ponitur antecedens pro consequenti, per tropum synecdochem. Mori Legi, non exercere opera legis, vivere Deo, eius opera exercere. 1. Pet. 2. 24. ut peccato mortui, iustitiam vivamus. Gutierrez Troxo similiter, Legi mortuus sum. quippe qui iam minimè teneor desiderio eorum, quæ in lege promittuntur. Sed arbitror ut ster cora. quare mihi sordent vetera Sabbata, Neomeniæ, dies festi, Victimæ, typica curiositas, fabulæ Judaicæ, interminatæ genealogiæ. Bruno, ita exaggerat, Legi mortuus, ut nulla ratione redire ad eam possim, à morte quippe non est reditus.

9. Claudius, Legem legi opponi, hinc animadvertit, sicut alias in scriptis sacris, peccatum peccato, mors morti, captivitas captivitati, altare alteri, agnus agno, pascha paschati, inveniuntur opposita. q. d. per legem legi mortuus sum. 1. si vetus me lex accusabat, damnabat, nova lex me mortuum reddidit. Ita quidem, ut per Christi gratiam liber sim à iugo, et onere Mosis, cuius legi quia plenè satisfactum à Christo, nihil omnino debeo, nihil cum illa habeo; illi mortuus, peccato, seculo, et Orco, seu diabolo mortuus sum. Hæc verò mors non naturalis, sed moralis est; unde additur, ut Deo vivam. q. d. non omnino, aut ex omni parte morte affectus sum; sed ex ea, quatenus eram subditus legi propter peccatum; sed extincto peccato per crucem Christi, et consummata lege, ac typis eius impletis, iam mihi nihil cum lege; illi sum mortuus; sed non Deo, cui vivo, et subditus sum. Bruno, verè deserens legem, vivit Deo per fidem, et gratiam, nam cessat à malo, et operatur bonum.

10. Rom. 7. V. 2. Sane à lege Mosaicæ exemptionem ostendit Paulus exemplo coniugum, quorum alter utro mortuo, alter à lege matrimonij manet immunis; ut, si velit cum altero contrahat novum coniugium. sic ait Hieronymus. Per legem evangelicam legi pristinè mortuus est. Anima enim mortuo viro suo. i. lege vetere, nupsit legi spirituali, ut fructificaret Deo secundum Ose. 149. ex me fructus tuus inventus est. et Ps. 70. 15. 16. quoniam non cognovi literaturam. 1. mortuus legi literæ, introibo in fortitudines (Vulga potentias) domini. 1. ad hæc legi spirituali. de Sac. Rom. 7. 12. et 1. Timoth. 1. 8. Effectus 20. 11. De illa Effectus 20. 25. qui per legem igitur spirituales legi litteræ moritur; Deo vivit, non sine lege Dei, sed in lege Christi. qui verò legi moritur ob peccata, mortuus quidem est, sed non dicetur de eo, quod sequitur, ut vivat Deo.

11. Hinc constat aliud esse per legem mori, aliud legi mori. quod legitur, vivebat ei, antequam moretur observans sabbata, et Neomenias, et dies festos, et victimas, typicam curiositatem, et fabulas Judaicas, et genealogias. Postquam nunc venit Christus, et lex spiritualis, per legem evangelicam legi pristinè mortuus est. Aliter explicat Toletus Card. Sane similitudinem: anima mortuo homine vetere, cui sub lege nupsit, iterum nupsit novo homini, i. Christo. sub gratia (addit Hieronymus) id est quod sequitur; Christo confixus sum cruci. scilicet, ut Deo vivam, cum eodem Christo resurgens.

Scholium in V. 19. Partem alteram.

12. ut Deo vivam. Ambiguum est utrum hoc membrum iungendum sit cum



sequenti, an verò cum precedenti: sicum sequenti, ut legit Caiet. Claud. imo =
 Chrysostomus, Primas. Brund) sensum Sabet, quem mox ostendam. si cum
 precedenti (ut videtur textus emendatus à Xisto quinto Pontifice Maxi-
 mo definisse appositis duobus punctis ad distinguendum hoc membrum à
 sequenti, cum à precedenti non distinguatur nisi inciso, seu comate tantum,
 quæ minor distinctio est) tunc sensus erit. ideo mortuus sum legi antiquæ, ut
Deo viuam, non vindici, et exactori durissimo, sed Domino mitissimo, et aman-
tissimo patri. Hoc est dum essem sub lege, quia peccato dominanti seruebam,
mortuus eram Deo; iam verò per Christi gratiam peccato victo, triumphata,
et exulante, mortuus sum legi, ut viuam Deo. illi uni parebo, omnesq;
meas actiones, ad ipsius voluntatem, nutumq; conformabo. Ut viuam
Deo. 1. Petr. 4. 12. Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armami-
ni. quia qui passus in carne desijt à peccatis, ut iam non desiderijs hominum: sed
voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. et 2. C. V. 1. Depo-
nentes igitur omnem malitiam. etc. Heb. 12. 1. Epbes. 4. 22. Col. 3. 8.

Notanda vis illius particule ut, quæ non tam consequentiam indicat, quam fi-
 nem, et causam. q. d. necesse fuit mori legi, ut Deo viuerem. Ex quò sumitur
 argumentum efficax ad legem deserendam; siquidem ea dominante Deus exu-
 laret ab homine. Cum legit, ut Deo viuerem (sic etiam Sabet translatio Eras-
 mi) vitam autem interpretatur immortalem, et æternam. Catzar. et Lomb. ut
viuam Deo, id est ad gloriam Dei. que gloria resplendet ex præclaris operibus ex
Charitate factis, ingenuè, et liberaliter diuinis obsequendo præceptis. Hic ite-
rum aduertenda antithesis, legi mortuus, ut viuam Deo, opponitur enim Deus
legi, vita morti, sed utraq; non naturalis, aut corporæ, sed mystica, mo-
 ralis, atq; spiritualis. August. viuere legi, inquit, est sub lege esse, viuere
Deo, sub Deo esse, optemperare, atq; seruire Deo.

Si ita legas, ut Deo viuam, Christo confixus sum cruci, particula ut
 causalis etiam est; sed dedit causam obquam Christo sim con crucifixus. Sic
 Primasius, ut Deo viuam, non seculo, Christo confixus sum, id est, omnibus peccatis
 mortuus, propter quod data est lex; ergo lex minimè mihi necessaria est.

Christo confixus sum cruci, id est cum Christo cruci sum affixus. videtur esse declara-
 tio eorum, quæ dixit; sed vno verbo multa complectitur; quæ quia aperta sunt, satis exis-
 timauit breui insinuasse compendio. Crux enim Christi veluti compendium est, et epito-
 me, siue Symbolum totius œconomie redemptionis nostræ. dixerat per legem legi mor-
tuus sum, rogare poteras, quando, aut quomodo mortuus es? Respondet, cum fuit
 cum Christo crucifixus. Rursum rogas quare mortuus es in cruce? Respondet, ut
Deo viuam; ideo etiam legi mortuus sum. Hunc sensum videtur expressisse ex Greco
 Syriaca versio, imò et cæteræ versiones, si attendas interpretationem; nec est tamen di-
 uerſa sententia, ut iam diximus. Anselmus ut Deo, non mihi viuam; id est, non meam,
sed Dei voluntatem in tota vita mea faciam; quod possum, quia Christo confixus sum
cruci. Ponit itaq; pro ratione prioris membri hoc posterius; sed idem dedit sensus; se-
 enim mutuo inferunt finalis causa, et efficiens.

15. Pluribus idem exposuit Rom. 7. Postquam enim exemplo conjugum, quorum alter
 rutro mortuus, alter liber est à lege conjugij; ut iam illi liceat cum altero denuo con-
 iugium inire, infert V. 4. s. 6. Itaque fratres mei, et vos mortificati estis legi per cor-
pus Christi; ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis Deo. Cum enim
 essemus in carne, passiones peccatorum, que per legem erant, operabantur in mem-
bris nostris; ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis (Gri-
 cè, morientes ἀποθνήσκοντες) in qua detinebamur; ita ut serui amus in nouitate Spi-
 ritus, et non in vetustate littere. Confer dicta dictis, et attende quam preclare se
 ipsum exponat Apostolus; quid est mortificatum esse legi, nisi mortuum esse legi? quid
 utrumq; nisi solutum esse à lege mortis, vel morientem! quid præterea significat
 fructificare Deo, nisi uiuere Deo. quid etiam seruire in nouitate Spiritus, et non
 in vetustate littere, nisi sub Deo nouam vitam spirituales agere, non autem ui-
 uere sub lege veteri, et carnali per litteram occidente? quid est per corpus Christi
nisi affixum cum Christo cruci, mori, ut illo resurgente, resurgam, et sim eius mys-
 ticum membrum, ut iam non uiuam, ut prius peccato, et passionibus carnis deditus,
 sed Christus uiuat in me, ut sequenti dicitur versu!

16. Est igitur sic sensus Apostoli per corpus Christi. clavis cruci affixum, et mor-
tuum, mortuus etiam, ego sum, qui membrum mysticum eius corporis eram.
mortuus, inquam, legi, et peccato, quod me subditum fecerat legi, mortuus qui
 dem, non quatenus homo, sed quatenus homo peccator, et Adæ peccatoris filius; si
 quidem Christus homo in similitudinem Adæ factus, omnium peccatorum vicem
 moriendo sustinuit. quare eo moriente pro omnibus, quorum caput erat, omnes
 in eo, et per eius humanitatem dicuntur mortui; resurgente autem Christi corpo-
 re, similiter omnes, qui in illo erant, una cum illo resurrexerunt in nouam ter-
 te vitam, vitam spirituales, et sanctam, unde post resurrectionem iam non am-
 plius dicuntur veteris Adæ filij, aut peccatores; sed filij Dei, iusti, ac sancti; qui
 non legi, non peccato, sed Deo uiuunt, eiq; obtemperant; et quecumq; faciunt in
 eius diuinam gloriam referunt.

17. Hec igitur pars uerus Christo confixus sum cruci declarat illam legi mor-
tuus sum; altera uero pars ut uiuam Deo declaratur per uersum sequentem; Vi-
uo autem etc. sic S. Thomas Sic. Quæ. Trexo in cruce impletum est illud Cant. 8.
5. sub arbore malo suscitauite, ibi corrupta est mater tua. Ecclesia Catholica in cru-
 ce reuixit Christi sanguine animata; at eius mater Synagoga ibidem corrupta, et
 mortua. Extunc Christianus legi mortuus. Mosaicæ fidei legi addictus est; extunc
 legalia abrogata per nouum testamentum Christi morte stabilitum.

18. Caietani expositio singularis est, dum per hæc uerba Christo confixus sum
cruci asserit explicari illa, que V. 16. superiori dicta sunt, scilicet, non ex operi-
 bus legis, sed per fidem Christi iustificari oportere. Manifestatur enim per
 mortem Christi mediante fide iustificante vitam anime prouenire. Quare duo
 ponuntur extrema, alterum est uiuam, qui est fructus crucis, alterum est Christo
confixus cruci, in quo est principium, seu meritum. ergo secundum Caiet. coniu-
 nte legendum, ut uiuam Deo, Christo confixus sum cruci. Principium nostræ uitæ

Christus est, meritum, esse cum illo crucifixum. Vita autem ultimus fructus est.

Ego enim per legem legi mortuus sum. cum sic de lege prisca Mosaiica antiqua
ta, et ad interitum perducta iam, et per fidem Christi evacuata, per sanguinem de
leta, per mortem extincta loquatur Apostolus; frustra, et in casum contendunt
Secretici eiusdem aut soritate, per sic verba probare omnem legem abolendam,
et contemnendam. vide Iustinianum. De lege tantum Mosaiica dictum est Levit.
26. 10. Novis superuenientibus, vetera projicietis.

Hactenus arbitror à Paulo datam fuisse operam, ut satisficeret illi objectioni,
quam V. 17. proposuit, nempe, si qui dicerent cum fide coniungendam legem, unde
sequi, ut Christus reputandus esset minister peccati; quod esse probavit contra le
gem; siquidem et legem, et peccatum per Christum habitura finem, et interitum,
ipsius legis argumento constat. Hoc autem est argumentum, quod per legem legi
mortui iam sumus. Non moritur autem homo legi, nisi et lex illi vicissim mortua
sit. Imo ideo ego legi sum mortuus, .i. eius ab onere liber, quia illa mortua mihi, et
desijt vim habere imperandi. De hoc satis Sucus diximus. Deinceps quasi nouo ar
gumento docet, et probat vitam gratiæ, seu iustitiæ animæ à Christo esse, et non
à lege. sic Caietanus supra relatus. quod si contra quis contendat defendere, à lege
posse iustificationem haberi; Sunc necesse est eo de uolui, ut consequenter fateatur,
aut dicat, Christi passionem mortem, et resurrectionem inanem fuisse, nullius gome
riti, aut utilitatis. quod nisi insanus quispiam, aut impius Secreticus dicere nemo
queat. Hoc usq; in finem huius capituli protrahitur.

Ex Hugone Car. Expositio moralis Suius Versus 19.

Per legem legi mortuus sum, .i. per intelligentiam spiritualem legis, ad honorem le
gis seculo, et mundo mortuus sum. Matts. 28. 23. Angelus Domini descendit de celo,
et accedens reuoluit lapidem, et pro timore autem exterriti sunt custodes, et fac
ti sunt velut mortui. Per Angelum significatur diuina reuelatio, qua remouetur
Lapis, .i. cortex durus litteræ, sub quo latebat intelligentia spiritualis; fulgur, aspec
tus, Dei; iustitiæ; candor vestium, eius misericordiam indicant. Custodes sunt præ
dicatores, qui prius in honorem Dei moriantur oportet seculo, quam Christi resurrec
tionem annuncient. sic Eccl. 48. 14. Elisq; corpus mortuum prope tetauit.

Theoria. 2. Crux mortis, et vitæ causa

Ut Deo viuam, Christo confixus sum cruce. Est hoc contrapositum superiori par
ti V. 19. Lex Mosaiica mortem attulit, Crux vero Christi vitam reddidit. Illa mors
legi exemit, eiusq; vinculis absolutum dimisit. Vita autem sic Deo addixit, ac deuotit
me, ut in posterum à grauissimo iugo seruitutis; à misero quodam statu; à Ceremo
nijs, et iudicijs, à timore pænæ, à morte deniq; translatus in nobilissimorum ordinem;
velut alter Ioseph Patriarcha in regis gratiam admissus, regale munus exerceam,
totumq; animum ad Dei gloriam procurandam adijciam, et accomodem. O crucis di
uina potentia! O insigniter admiranda Christi in cruce sublatis virtus! in cruce morior,
in cruce vitam recupero: in cruce peccatum deletum est: in cruce vires, et vincula le
gis contracta sunt; in cruce mortua mors est; ac deniq; in cruce, ac per mortem

crucis vita triumphat, orcus spoliatus, Dæmonis regnum euersum, Somnibus restituta iustitia, Dei cultus, laus, Sonor, et gloria instaurata. Tot, tantiq[ue] ex vno crucis fonte manant viui, amo flumina vite, atq[ue] gloriæ; quæ Christo accepta referimus. cuius sacrosancta, et diuina caro tactu sui tantum ligno arido crucis præstitit boni, ut tamquam virens, et florida palma, tam multos, tam mirabiles, tam altos, tam celestes fructus exhibeat vite, atq[ue] gloriæ; Somnibus vite, Deo gloria; Hoc est profectò, ut viuam Deo, Christo confixus sum cruci. Aptæ illa similitudo, quam affert Sic Cornelius; Confixus sum cruci veluti surculus ex prisca, et inueterata arbore abscissus; ex lege inquam, aut idololatria; insertusq[ue] nouæ, et generosæ; ex qua succum exugens viuam, et vigeam, et florescam, fructus uberrimos pariam, sed fortassis magis appositè, quam cruci, ipsi Christo insiti dicamur, et complantati, ut ipse viuat in nobis, et nos in ipso viuamus.

Theoria 3. de Spirituali cruci affixione.

23.

Sed rogabis; qui fieri possit, ut Somo, qui nunc viuat, cruci fuerit, vel modo sit cum Christo affixus; qui tot ante annos in cruce mortuus est; iamq[ue] non amplius moriturus, aut crucem subiturus gloriosus sedeat ad Patris Dexteram.

Hæc grauiissima est, et vtilissima questio, quam tamen breuiter expedire curabo. siquidem rectè numerari, aut expendi, quadrupliciter intelligo dici solere Somnem cum Christo crucifixum, seu mortuum, atq[ue] sepultum. 1. vnione, 2. mysterio, 3. imitatione, 4. amore.

I. §. de vnione

24.

1. Cum Christus non minus aptè, et verè dictus sit Pater futuri sæculi, quam pater populi Israëliti, Abradam omnium fidelium, et protoplastæ totius generis Summæ. Non dubium est, quin omnes, qui Christo addicti in eum crediderunt, eumq[ue] Dominum, et patrem agnoscant, ita verè dicantur cum illo, vel in illo fuisse crucifixi, vel mortui; sicut verè dicitur Leuitica tribus in Sumbis decimata Abradam, et omnes Somnes in Adam peccasse. Imo cum Christus tamquam vas, et fide iussor omnium Somnum in se debita, atq[ue] peccata receperit, proq[ue] omnibus exactissime soluerit, quis negare queat, eum, dum solueret in cruce, et precium sui sanguinis appenderet, omnium Somnum personam sustinuisse, et in persona omnium pro omnibus crucifixum, ac mortuum fuisse! quid enim Paulus 2. Corint. 5. 14. Si vnus inquit pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus. Nonne audis omnes mortuos, cum Christo, scilicet, crucifixos. et quod subinfert, explicat, quod Sic dictum est, ut viuam Deo, Christo confixus sum cruci. nam addit. ut et qui viuunt, iam non sibi viuant (non peccato, non legi, non sæculo) sed ei, qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit; ei, inquit, id est, Deo, nam qui viuat Christo, viuat Deo; siquidem et Christus est Deus; quod pluribus verbis dixit, mortuus est, et resurrexit. Sic vno significauit, confixus cruci. 1. conerucifixus. Præterea si Christus caput est, nos autem membra vnus mystici corporis; nonne, ubi caput crucifixum, dicitur, intelliguntur etiam membra crucifixa? alioqui monstrum sit, si penam, ac mortem capitis sui membra non sentiant, non simul patiantur. Primasius Rom. 6. 3. fieri non potest, nisi, ut mortuo capite, omnia membra



commoriantur; caput enim pro omnibus membris pertulit penas, ut omnia in eo membra morerentur, et ita peccato mortua viverent Deo.]

Dicitur ergo Christianus Christo confixus cruci, propter unionem, siue communionem; quae illi cum Christo inest; vel quia in ipso continebatur tanquam in suo principio, et origine, antequam natus fuisset; vel quia ipsum tanquam vas debitorem representabat; vel quia uti membrum erat suo capiti coniunctum, atq; unitum: quare ipsa crux, ipsa mors, ipsum meritum Christi dicitur, estq; mea crux, mea mors, meum meritum; qui unum cum Christo sum; et eram etiam antequam in Sancti lucem editus essem. Nec minus conuenienter dici potest, me in cruce cum Christo appensum, et mortuum, quam dictum est Chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, affixum cruci, et dilaceratum. Idem enim meritum Christi, quod dilaceratum euanescere fecit Chyrographum, quod testimonium exhibebat meorum flagitiorum, meq; eterne reum efficiebat damnationis, idem, inquam, meritum crucis me liberum, et vita dignum reddidit. S. Rom. Rom. 6. 6. Lectione 2. Vetus Somo noster, inquit, dicitur esse simul crucifixus cum Christo, in quantum peccati vetustas virtute Christi sublata est. Vetustas vero peccati potest intelligi, vel ipse reatus, seu macula actualium peccatorum; vel etiam consuetudo peccandi, quae quamdam necessitatem ingerit ad peccandum; vel etiam ipse fomes peccati proueniens ex peccato primi parentis. Tolet. ibidem. Homo vetus dicitur simul crucifigi cum Christo, quia virtute Christi in cruce mortui nostra peccata destructa, atq; deleta sunt. Crux enim Christi peccatorum nostrorum fuit mors, et destructio. Ideo peccata nostra dicuntur crucifixa, et consequenter Somo noster vetus simul crucifixus. Epes. 2. 15. Per crucem interficiens inimicitias in semetipso.

§. 2. de Mystero

2. dicitur Christianus Christo confixus cruci, ut exponunt Patres Graeci. = Chrysost. Acom. Theoph. Theodor. Item Primas. et eos secutus Adamus, Claud. Cornel. propter mysterium, et sacramentum baptismatis sacri: in quo id, quod foris visibilibus signis representatur, et significatur, intus in anima fit spiritualiter, tamen re ipsa, ac verissime (dum enim signo crucis tangitur caro, inuisibiliter crucifigitur vetus Somo, siue Somo quatenus peccator est, siue originali, siue actuali infectus macula peccati) dum tamen in os sal immittitur a putredine peccatorum liberatur, ut saporem bonorum percipiat. Frons, oculi, pectus, Summi, atq; aures signo crucis subsignantur, ut ad excipienda, intelligenda, et seruanda diuina praecpta aperiantur sensus, et roborentur. Christumate vertex perungitur ei, qui Christo, uti membrum, coniungitur, et eius corpori inseritur. Vestem candidam accipit, et nitorem animae, innocentiamq; pietatis, atq; resurrectionis gloriam. Hoc pulchro symbolo significat. Coreum accensum manutinet, et fidem oleo bonorum operum ardentem pollicetur, ac praefert. Deniq; et satanae, et operibus, omnibus pompisq; eius abrenuntiat, et fidem catholicam profitetur. Cum in aquam mergitur, vel aqua superfunditur, aspergitur, ue, mortuus peccator sepelitur, ac tandem dum emersit, seu ascendit ex aqua, resurgit ad nouam vitam, atq; iam nouus Somo, noua creatura, et =

Solemnis baptismus, quia non solum ex aqua, sed ex Spiritu Sancto renascimur
 Ioan. 3. 5. Similiter usa fuit trina mersione, ut non solum Trinitatis mysterium de-
 clararet; sed etiam ut triduum Christi sepulture representaret; sed sicut illud triduum
 non facit nisi unam Christi sepulturam, sic trina mersio non nisi unum baptismum.
 Quamvis autem sola sepultura Christi in baptismo representetur; tamen in ea,
 et que antecessit mors crucis, et que post accidit resurrectio, significatur, quasi ex
 parte totum per tropum synecdochem. Unde cum V. 3. meminerit Apostolus
 Christi mortui, V. 4. Sepulti, et resurgentis mentionem facit, ac deinceps, V. 6.
 eiusdem crucifixi, cum inquit, Vetus homo noster simul crucifixus est, ut des-
truatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Crucifixus in baptismo,
 inquit, in quo actu inserimur Christo, et incipimus, uti Christi membra, par-
 ticipare mortis eius virtutem, et fructum.

Primasius Rom. 6. Pleniùs requirendum est, quid intelligi debeat, in
morte ipsius baptisati sumus. Respondet. Præcipit Apostolus, ut quia prop-
ter nos Christus crucifixus, mortuus, et sepultus est, et resurrexit; nos quoque ad
passionis sue similitudinem, voluntates, et cupiditates nostras crucifigamus, et
in baptismi mysterio mortis sepulture, ac resurrectionis, eius exemplum imi-
temur, ut si passionum socij fuerimus, simus et consolationum. In baptismo er-
 go crucifigitur vetus homo; ubi aboletur tota vetustas peccati omnia nimirum
 peccata, quasi unum corpus, cruci affixum, commoriuntur; ut iam homo in no-
 uum translatus ex veteri, liberatus à peccato per Christi mortem, non ampli-
 us illi seruiat, sed ut mortuum auerteretur, sorreat, longè fugiat; vel potius,
 ut mortuus, peccati seruitute, quatenebatur prius, se iam liberum credat, ut
 deinceps à peccando omnino desistat; sicut seruus mortuus, et si resurgat, liber
 est, et immunis à seruitute, ut amplius non debeat seruire pristino domino.
 Bombræ, qui sibi laborat sepulchrum, et se sepelit viuunt, ut moriatur veteri
 vite, et deinde relictis exulij mortis, et antiqua pelle nudatus egreditur è sepul-
 chro renouatus, et maiori pulchritudine, et agilitate, absj assumptis; typus
 quidam est, hominis per baptismum sepulti, mortui, ac resurgentis ad excel-
 lentioram vitam agenda. sic Antonius, Hilarion, et innumeri anachoretæ
 viui sepulti latuerunt, mundo, et peccato mortui; et Iacobus ille, qui intra
 sepulchrum decemium penitentia transegit, egregium nobis exemplum exsi-
 buit imitandum. quò faciliùs dicta intelligantur. Paraphrasticè explicatam
 partem capituli sexti ad Romanos placuit sic subijcere.

29.

In Epist. ad Romanos Partem. c. 6. Paraphrasis.

Si ita est supereminens sceleribus nostris Dei benignitas, ac misericordia, ut quan-
 to illa abundantius excreuerit, tanto multoq; magis hoc superabundauerit. Igitur pers-
 temus sub tyraniæ concupiscentiæ, carnis desiderijs obtemperemus, à peccati consuetu-
 dine minimè discedamus, peccatis continuo addamus peccata, ut ex scelerum multi-
 plicatione, velut oblata occasione, gratiæ amplificentur dona; magis, magisque Dei
 bonitas, et eius misericordiæ vis appareat, et illustretur.

30
 V. 1. Quid er-
 go dicemus?
 permanebimus
 in peccato, ut
 gratia abundet.



Textus

V. 2. Absit. qui enim mortuus sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo.

O dementem cogitatum! O non fallacem, ac turpem modo, sed flagitiosam, et impiam illationem! Absit tam immane dedecus à corde pio, à pectore Christiano, facessat Longissimè tam belluina turpitudine. Iam morti datum scelus quomodo vultis in vobis Dominari? mortuis nulla potestas, nulla actio est. Et nos quidem, quatenus iniqui, et peccatores, carnisque concupiscentiæ subiecti, iam mortui sumus, atque adeo mortui simile sit velle in peccatis vivere, vivere, inquam, iniquis cupiditatibus, quibus per sacram vindam suffocatis, ac nobiscum mortuis, et nos mortui sumus, ut amplius peccati opera minimè prestare queamus.

V. 3. An ignoratis quia qui cumque baptisati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptisati sumus.

Hoc vos o fratres latere non potest (nisi forte baptismatis ignoratis mysterium) uniuersos, (quicumque illi sint ex quavis natione, et regione) vel adultos, vel infantes, more, et ritu Ecclesiæ simpliciter sacra superfusos, atque adeo Christi corpori insertos ad similitudinem illius mortis fuisse baptisatos, profiterentes scilicet, et contestantes, uti Christus vitæ temporali mortuus est, ita et ipius concupiscentiæ, ac sceleri mortuus, atque a sceleratis actionibus desisse, omninoque Valè Ælimi dixisse.

V. 4. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate vitæ ambulemus.

Quod significatur aptè, atque perspicuè per ipsam baptismi ceremoniam, per quam, dum in aquam mergimur, siue undis aspergimur, representamus cum Christo mortuo nos similiter consepeliri. Itaque quemadmodum Christus vita mortali defunctus sepulchro illatus est, sic nos vitam illam pristinam, ac sceleratam deserentes, mortuique omnino sceleribus, mundo, et concupiscentiis eius relictis, quasi sepulturam subintramus. Non solum ergo per baptismum mundo, et peccato mortui sumus, verum etiam sepulti. sepultus vero esse certum est iudicium mortis. sed cum ita representamus nos mortuos cum Christo, atque simul sepultos, ut omnino pereamus! Minimè verò, imo, ut non minus quam mortuum, Christum imitemur resurgentem ex mortuis. sicut enim ille per potentiam Patris, hoc est, per diuinitatis virtutem, quæ in ipso latebat, è sepulchro relictis mortis exuijs ad gloriosam, et immortalè vitam exurrexit, similiter et nos exuti criminibus, liberi à carnificina peccati, à seruitute concupiscentiæ ad noua opera, laudabilemque vitam, et Deo gratam resurgamus. Mors nempe, et resurrectio, uti in Christo, ita et in nobis, sese eodem modo consequuntur.

V. 5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus.

Itaque si dum in paradiso Ecclesiæ plantamur, seu (ut melius dicam) complantamur cum Christo, ipsique incorporamur, et tamquam viti palmites inserimur, mortis eius sumus æmuli, atque imitatores, necesse est, ut similiter resurgentem æmulemur, atque imitemur, nouam vitæ rationem ineuntes.

V. 6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simulterem crucifixus est, ut destruat corpus peccati, et plera non seruamus peccato.

Quippe qui satis nostis (nec enim licet ignorare, ita enim pro certo suppono) veterem hominem nostrum, hoc est, humanitatem infectam vetusto scelere, prout ab Adamo accepimus, seu vitam pristinam iniquam, et flagitiosam, vel (ut significari personam illam, seu personatam imaginem, veterem Adamum referentem in nobis, iam vetustate denigratam, innatis sordibus pene corruptam; siue nos ipsos lepra sordi datos multorum scelerum, simul cum Christo, qui nostram vetustatem assumpsit, criminaque nostra in se transtulit, eisdem clavis pependisse cruci suffixos; ut ita quicquid vetustatis peccati, ac turpis vitæ inerat animo, atque in se seruat, prorsus abolitum, de medio tolleretur, ac disperiret, nec extaret amplius



nomen corporis, aut carnis peccati, seu peccatrici in nobis. Itaque nos tanto erepti malo, deinceps nullatenus iniquissimo domino famulemur, sed longe simus ab omni scelere patrando alieni, atque seiuncti.

Etenim, qui sic cum Christo iam mortem operierunt, nihil habent omnino cum peccatis, à quibus liberati sunt, atque immunes, ut pote vos estis iustus titio, grati quoque participes facti, per virtutem passionis ipsius in sacramento latentis, et operantis.

Nam ea est morientium cum Christo conditio, ut simul etiam cum illo viuant. Itaque quicumque morientem sunt imitati, certa fide tenent se semper cum illo victuros.

Siquidem hoc bene norunt, Christum dominum, postquam ex mortuis resurrexit, iterum minimè moriturum; neque ullatenus permissurum morti aliquam aduersus se potestatem, iusve contra suam iam gloria illustratam humanitatem.

Quam enim mortem subiit, ob evertendum peccatum, atque delendum, expiandumque in nobis, nostri causa, semel duntaxat, quod satis superque fuit, subiit; quam autem vitam viuit, non nisi Deo conformem, et ad Dei gloriam, atque ad eum immortaliter, et æternum viuit.

Quocirca fratres charissimi hoc vobiscum reputate, et crebro pensate, si milititer et vos fuisse defunctos peccato, eiuoque ereptos tyrani deo ad Dei gloriam semper victuros Christo Iesu Domino nostro incorporatos, cui tantum bonum acceptum referre debetis.

Sane igitur nullo modo peccare debetis, ut sceleris regnum, aut imperium, cui semel renunciastis, in ista vestra corruptibili carne vigeat, præquam leatque triumphetque ita ut motus concupiscentiæ licenter exurgere sinatis, illiusque obtemperetis.

Imo neque fas est, ut membra, sensusve corporis vestri tamquam bellica instrumenta, armaque iniusta, contra rationem, contraque Deum submittatis sceleri, et malignitati; quin potius illud imprimis curate, et facite, ut animum, corpusque, hoc est, vos ipsos omnino Dei obsequio consecratis; veluti qui ex morte surrexistis ad vitam spiritualem, et immortalem; sensus autem vestros, atque reliquas corporis, et animæ partes, atque potentias, vires, facultates, veluti instrumenta virtutis, et sancteatis diuine voluntati subdite: quibus ad maiora in dies emolumenta pietatis cursum vestrum, gressusque promoueat.

Ita enim fiet, ut deinceps suum in vobis imperium concupiscentiæ, seu peccati fomes minimè exerceat; sicut decet eos, qui abluti per sacra mysteria, et sanctificati sunt. quippe qui subiure non estis, nec Moysi legis maledicto subiecti, atque adeo timore oppressi seruorum; sed sub gratiæ statu, in quo felicem sortem vite consequuti estis, operisque obtinentes eximias cunctis superiores desiderijs, et infirmæ carnis imbecillitate maiores.

S. 3. De imitatione Christi patientis.

B. Crucifigitur cum Christo, quicumque Christum crucifixum imitatur, et ita ex

31.

V. 7. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato

V. 8. si autem mortui sumus cum X. credimus quia simul etiam viuemus cum X.

V. 9. scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mori illi ultra non dominabitur.

V. 10. quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

V. 11. Ita et vos existimate, vos mortuos qui rem esse peccato, videntes autem Deum in X. Iesu Domino nostro.

V. 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius.

V. 13. Sed neque ex si beatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed ex si beatis vos Deo tamquam ex mortuis viuentes, et membra vestra arma iustitiæ Deo.

V. 14. Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.

placant Sunc locum Dionys. Caiet. Catbarin. Legion. secuti Hieronymum. Ambrosius Sic. configitur cruci Christi, qui artulus vestigiorum eius nulla mundi concupiscentia capitur, ut Deo viuens, mundo mortuus videatur. qui enim non agit, quæ mundi sunt, vel erroris, mortuus est mundo. Ad hanc imitationem inuitat Christus Matts. 16. 24. Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Luc. 9. 23. Tollat crucem suam quotidie, ut ostendat continuo debere esse Christi discipulum cruci affixum, atq; adeo mortem expectantem, ut notat Primarius Dom. 6. 3. qui crucifixus est, inquit, nihil aliud facit nisi quod horam mortis expectat, et in manus Patris commendat spiritum. Iis qui ad tempus crucem ferunt, sed non sunt quotidie, vel usq; ad mortem, .i. qui penitentiam tantisper agunt, sed refugiunt vitam monasticam, seu religiosam, quæ continua crux est, applicari potest illud Job. 35. 10. Nunquid alligabis Rhinocerotæ ad arandem Loro tuo? quod animal indomitum est.

33.

Triplex genus hominum portant crucem cum Christo. Alij, quam excutere non valent, patienter tolerant cum Vima latrone Luc. 23. 40. Alij extimore propter sua peccata delenda Job. 7. 13. 14. 15. si dixerò, consolabitur etiam susperidium elegit etiam. Tertij antonomasticè, qui non remordente peccati conscientia, sed ob honorem Dei, et utilitatem proximi Christum sequuntur, semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes. et. 2. Corint. 4. 10. Hanc imitationem exponit Apostolus Galat. 5. 24. cum ait, qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, et concupiscentijs. Cruce itaq; tamquam freno carnem cœrcent, ne lasciuè agat, desideria secularia ita compressa habent, ut non magis queant moueri, aut foras exilire quam vipera clauis confixa duro tronco. Bruma, Christus, si voluisset, aliud genus mortis elegisset, sed voluit, ut nec ipsum genus mortis mysterio careret, præsignans hoc in affixione suorum membrorum, quæ secundum veterem hominem passibilis, et mortalis usq; ad crucem sustinuerat: ut si aut membra sua confixa secundum virtutem hominis ad aliquos actus extendere non potuit, quod in illa cruce sic configebat. hominem iustitiæ, ut quandiu fidem Christi non violaret, ad actum iniustitiæ declinare non posset. confixus sum cruci Christi, .i. affixos habeo sensus meos per virtutem Christi crucis Christi, ne quandiu in fide Christi sum, liceat porrigere manum, vel pedem ad opus malum. Anselmus.

34.

Ambitiosi quoq; et hypocrite, qui suius seculi filij sunt, non nunquam et ipsi crucifigunt carnem suam, et cupiditates frenant, ac comprimunt, sed quia non cum Christo, sed subdole hoc faciunt, ut gloriam aucupentur mundi, nihil proficiunt. huiusmodi dicuntur cum Diabolo cruci affixi, nam Diabolus crucifixus fuisse dicitur ibi (ait Hugo Card.) ubi Christus moriendo mortem destruxit. Ad quod significandum crux geminari solet, et cum quatuor brachijs fabricari duplici transuerso ligno. Quod, inquit, Sic Doctor, in illis quæ sunt de ligno veræ crucis fit, est ibi una parua crux supra aliam. Jaltes est crux illa quæ Carauale in regno Murtes asseruatur cum magna religione, communiter



appellatur vera crux, ut pote que de vera Christi cruce facta creditur, et color testi-
monium dat, imo ita receptum est apud incolas eius oppidi, scripto q̄ libro testatur
Corauacensis quidam presbiter, qui diligenter rem perscrutatus est. sed de Sac aliis.
Iusti autem dum cum Christo cruce sunt affixi, et ita conformes fiunt imagini fi-
lij Dei, absq̄ dubio rem faciunt egregiam, atq̄ præclaram, ut Deo patri per omnia
placeant, cui, nisi cum filio crucifixi, placere non possunt, ut testatur illud Matts.
17. 5. Hic est filius meus dilectus in quo bene mihi complacui. prepositio con-
dicat comitantiam, et adiunctionem aliorum, qui in unigenito, et propter unige-
nitum dilectum Deo placeant.

Sed eorum, qui ob aliam causam, quam propter Deum opera penitentię
ac mortificationis suscipiunt, typus præcessit in Latrone Christum blasphemante;
tum etiam in pistore Pharaonis tria canistra capite portante, i. opera
miseri cordię, iustitię, et doctrinam superbe ostentante, quę aues, i. temporales
cure consumunt. Item in Absalone, quem mulus, i. sterilis sollicitudo suspen-
dit ex dignitate, quam ambiebat. Item in Gabæonitis Loque q̄, qui veteribus
pannis, i. hypocrisi se pauperes, religiosos q̄ mentiuntur. Item in Aman. Est. 7.
qui in cruce suspenduntur, quam alijs erexere, dum per erubescentiã por-
tant onera, quę alijs imponere conantur, Hugo Card. Sic. quidam nimio
relo ducti, sed non secundum scientiam, Christi crucem ferre volunt, et peniten-
tię opera assumunt ultra vires, uti nouitij in via spiritus. Hi similes sunt Ca-
theco. Luc. 19. qui ascendit ex curiositate in siccomorum, i. ficum fatuam, cui di-
citur statim à Domino. Rachee festinans descende. i. morem sequere aliorum,
qui ex obedientia dirigunt actiones suas. vide August. lib. de Doct. Christiana
quis quis autem rebus prætereuntibus strictius utitur, quam sese habebant mo-
res eorum, cum quibus uiuit, aut vituperabitur, aut superstitiosus est. vide
in Sanc rem plura infra capite s. ad versum 24.

S. 4. De Amore.

4. modus cruci affigendi sumitur ex amore mutuo, qui unum facit diligen-
tem, atq̄ dilectum secundum illud; Amicus alter idem, siue alter ego. et certè,
ut vera docet philosophia, amans in amato est, igitur cum Christus adeo di-
lexerit hominem, ut pro eo crucem, et mortem subierit liber, libens, volens,
atq̄ spontaneus: referat, atq̄ rependat homo dilectionem, necesse est, suo
dilecto Christo compatiens, et cum illo simul cruci confixus, morti voluntarię
sese offerens, dicat, Dilectus meus mihi, et ego illi. Cant. 2. 16. Mihi dilectus
crucifixus, et ego illi vicem rependo. Hoc insinuat Apostolus cum verba sequen-
ti dicit, quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me,
et tradidit semetipsum pro me. vide infra expositionem. sic mater Christi per
compassionem, et amorem patienti Christo compassa, cruci affixo, concrucifi-
xa, imo si fas est dicere, mortuo commortua est. quidam re ipsa mortuam ex
nimio dolore, et compassione dixerunt, quos refert Salmeron noster. sed non
tam audacter nos; quod tamen negare nemo potest, asserimus; pro amoris
magnitudine, morienti filio commortuam, et pendenti in ligno ipsam clauis



pro sua in filium nimia Charitate confixam. Dicitur idem fortasse de Magdalena
cruci astante, de discipulo etiam dilecto.

37.

Sed de sancto Francisco, qui ordinis minorum institutor, et patriarcha fuit,
testantur impressa vestigia vulnerum carni eius ad huc viventi, et sanguinis ex
eis affluentis rivi; cuius sancti viri tantus intra pectus ardebat ignis amoris in
Christum crucifixum, ut per affectum, et desiderium in corde suo transfixam clavem
Christi in crucem sublatis continuo gestaret imaginem. sed quia in dies singu-
los ardor, ac flamma gliscens magis, ac magis augebatur; ne tantus amor
retinaculis similitudinis intus compressus lateret, ac sine testimonio esset, =
aut potius, ne non permissus ignis exire foras, vi sua consumeret, interiora om-
nia, ac simul vitam auferret; voluit ad similitudinem sui Christus Dominus
in corpore Francisci quinq; aperire ostia, per quae et flamma pariter egrede-
retur, et sanguis. Sicq; orbi utriq; et coelestium, et terrestrium sanctorum testa-
tum foret, Sunc virum cum Christo pro sui amoris prestantissimi magnitu-
dine fuisse cruci confixum. Seraphini autem Socopus peractum ministerio;
quippe quod opus esset amoris, quo ardent per aeterna secula seraphici spi-
ritus; qui inter choros novem, et tres Sierarchias primas tenent. Insignis ille
locus Isaia 55. ultimo. Et erit Dominus nominatus in signum aeternum, quod
non auferetur. Interpretatur Hieronymus sic. His, qui de malo commu-
tati fuerint in bonum, erit Dominus in nomen, (sic enim est in Hebræo) et
in signum sempiternum; in nomen, inquam, ut ex ipsius nomine appellen-
tur Christiani; et in signum, ut crucis eius inuratur cauterio; quod non de-
ficiet, nec ullo fine mutabitur. quomodo autem inuritur crux cordi nostro
nisi per ignem amoris, et imitationis studium! Cauterium crucis est imi-
tatio crucis amore flagrans. Caiet. Concrucifixum intellige fide per dilec-
tionem operante, hoc est, fide, affectu, et factis imitantibus.

38.

Explicuimus Sactenus, quibus modis homo, dum vivit, dici possit Christo
concrucifixus. nempe unitate, sacramento, similitudine imitationis, et amo-
re. qui sane modi quatuor adeo sunt sibi inuicem connexi, et adstricti, ut vix
~~unus~~ unus absq; altero reperiat. Nam neq; amor sine imitatione per-
fectus, neq; sine amore imitatio integra est; et si qua, ea frigidior est. In
baptismate autem et nobis Christi crucis virtus, ac mortis meritum appli-
catur; et nos crucifixi efficiamur membra, ac simul illius imitationem pro-
fitemur, et inchoamus. quocirca hos omnes modos insinuavit, ac coniunxit
D. Hieronymus super hec verba; Christo confixus sum cruci, ostendit, inquit,
quomodo sit mortuus legi, qui sequitur Christum (per imitationem) et
ei, ut bonus latro, compatitur fide nixus (per amorem) et mortificationis mem-
bris, que sunt super terram, et mundo mortuus, configuratus (per mys-
terium) fuerit morti leui Christi, crucifigitur cum Christo lesu, (per
unionem) et tropæa mortificationis sue in ligno dominice passionis affigit
Dionys. Cartus. Hos etiam fere omnes modos expressit, cum ait, Christo con-
fixus sum cruci. Clavis amoris, et piæ compassionis, et cruci formis imitationis,

cruci, inquam, .i. proprie mortificationis labore sequendo vestigia Christi, qui vult. (Matth. 16. 24) post me venire etc. Et qui sunt Christi etc. et addit, qui crucifixo Christo se conformat, cruci eius affigitur, et ardor peccati, virtute dominice crucis in ipso extinguitur. Sabetq; carnes diuino timore confixas, ne membra sua ad vicia solita extendantur. Hactenus

Dionys. Adde ex Ireneo, nec tenetur desiderio eorum, quae in lege promittuntur; sed ea arbitratur ut stercora. Hoc autem quid est, nisi legi esse crucifixum, atq; mortuum. Recte enim Primasius Sic ait, omnibus peccatis mortuo: quapropter lex data, ea minime necessaria est.

Perpicuus ergo manet ex dictis Apostoli sensus, qui cum Christo crucifixus est, mortuus est peccato, si peccato, ergo et legi, quae ad hoc dumtaxat pertinebat, ut à peccato coërceret, et peccantem puniret. Hec eius munus, Sec vita, hoc fundamentum, quod sublato, cessat, ruit, perijt.

Theoria A.

Cum Christo morimur cruci affixi, ut cum ipso viuamus non legi, non peccato, sed Deo.

Ideo autem moritur homo peccato, et legi, non quidem ut omnino in morte permaneat, sed potius ut ad nouam vitam transeat, et deinceps viuat Deo. nam et Christus à morte surrexit transiens de temporali morte ad gloriosam, et æternam vitam, ut nos suo exemplo doceret per mortem hanc, qua peccato morimur, transituros ad vitam excellentiorem, ac pene diuinam, certè diuine similem, nempe Christianam, ac Christi formem, qua uni Deo, et non amplius saeculo placeamus. Huius imaginem vitæ descripsit Rex psalter Ps. 1. 12. Mortuum peccato depingit. V. 1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentie non sedit. vitam felicem degentem proponit V. 2. sed in lege domini voluntas eius, et in lege eius meditabitur die, ac nocte. Vtriusq; statum insinuat V. 3. Et erit sicut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Ut enim arbor exurgat è terra, prius sepelitur in semine, et moritur. Huc spectat illud Ioan. 12. 24. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. quod statim declarat dominus ad mortem peccati, et cupiditatum, et ad vitam gratie pertinere, cum subiicit. qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Euangelicus item propheta eandem expressit vitæ = Christianæ, atq; spiritualis imaginem, cum seraphimos commemorat thronum Dei excelsum, et eleuatum circumstantes, qui si rectè attendas crucifixi figuram representant. cum enim senas singuli haberent alas. + cornibus + duabus superioribus + infirmis et in conum erectis faciem velabant; duabus demissis, et similiter cornu plicatis, et in acumen desinentibus, pedes operiebant: at duabus medijs in latera expansis, et explicatis volitare videbantur. Hoc, inquam, schema est, et quasi umbra hominis, sensibus, qui in capite precipue vigent, et passionum affectibus, qui in pedibus designantur, mortui, ac in crucem extensi

37

formis
1. 12. 3

Ioan 12. 24

Christi
ne, ut piri
calis imago

+ duabus superioribus
+ infirmis



sed tamen Deo, in quem cor continuo volatu fertur, viuentis. Dicebant autē isti spiritus in laudem diuinam sacrum trisagium sanctus, Sanctus, sanctus etc. ut ostenderent ore, et corde Deum à fidelibus suis semper, et colendum, et venerandum. Itaq; si diuini spiritus, et cruci erant affixi, sibi q̄ mortui, et Deo vni vivebant, ad quem laudandum toto cordis impetu aligeris pennis ferebantur; vita carnis, obuclatis sensibus, et affectibus, dum non apparet, saltem quantum ad vnum attinet, ita est, quasi non sit. opera autem iustitiae, dum existunt, et valent, dum florent, et excellunt, non simunt diuinas laudes commendare, sed iam ad V. 20. transeamus, in quo vnum ex dictis seraphinis Paulum esse dicemus, qui non ipse sibi viuit, sed Deo, aut potius Christus viuit in ipso.

TEXTUS.

V. 20. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

Syr. Trans.

Proinde iam non ego viuo, sed viuit in me Meschicho, et Sanc vitam, quam nunc viuo in carne, per fidem filij Dei viuo, qui dilexit me, et dedit semetipsum pro me.

Arias Mont.

V. 20. Viuo autem, iam non amplius ego, viuit verò in me Christus. quod autem nunc viuo in carne in fide viuo, filij Dei diligentis me, et tradentis semetipsum pro me.

Erasmus.

V. 20. Viuo tamen non iam ego, sed viuit in me Christus. vitam autem, quam nunc viuo in carne, per fidem viuo filij Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum. etc.

scholia

1. Viuo autem iam non ego. Declarauit quomodo esset mortuus legi, scilicet, per crucem, cum Christo in eam sublatu; nunc quomodo Deo viuat, exponit. Et sub persona sua de quouis adoptionis filio loquitur, ut superio- ri versu diximus. facit ergo allusionem ad Christi resurrectionem, que mortem consecuta, exemplar extitit resurrectionis nostrae. Particula autem, videtur aduersatiua, vnde Erasmus reddidit tamen Græcè = ¶ Si, q. d. si crucifixus sum, atq; adeo mortuus cum Christo, nihilominus cum Christo etiam resurrexi, viuo q̄. sed quia est Sec vita dissimilis ei, quam prius sub lege, peccato q̄ vixerat, per correctionem addit, iam non ego, ille, scilicet, qui quondam vetus homo, iræ filius, Adami veteris



in peccato serues, legi obstrictus, cupiditatibus addictus, carnis mancipium, Demonis captiuus, mundi impij seruus, vixi obnoxius morti; sed alter ab illo, qui prius fui, non substantia, sed qualitate diuersus. Nam vetus, et nouus homo idem omnino in substantia, hoc differunt, quod qui vetustate indutus, seu infectus peccatis, dictus fuit vetus homo, postquam cruci affixus, et mortuus cum Christo deposuit vetustatem, iam cum eodem Christo redditus vite, et donis gratie ornatus, nouus homo appellatur, vetus inquam, quoniam veterem Adamum in se ipso referebat, illius peccati, et preuaricationis factus simulacrum; nouus autem quia nouum i. Christum representat celestium actionum imitatione, et diuine gratie, atq; adoptionis spiritus participatione.

Sed uiuit in me Christus. Ambrosius sic habet, sed uiuit, qui in me est Christus. significantius certe. nam explicatur illa particula in me per illam, qui in me est, tamen lectio vulgata est retinenda, et satis clara. explicat quis ille alter sit, nimirum Christus, siue imitator, aut imago uia Christi. Nouus quippe homo, Christus dicitur, quia Christi formam refert, seu ad Christi imaginem expressus, conformatusq; est. Unde Galat. 4. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in uobis Christus. et Rom. 8. 29. quos presciuit, et predestinauit, conformes fieri imaginis filij sui. In me i. in mea substantia inest nouitas Christi vetustate peccati ablata. S. Remigius. Viuebat quidem substantialiter, sed non uiuebat in eo malitia, sed iustitia. Extinctus enim, et mortuus erat in illo squissimus persecutor, et uiuebat in illo pijsissimus predicator. De uno Paulo intellexisse videtur. Ambrosius, Christus uiuit in loco eius, qui ipsius presidio ereptus est morti, per fidem, condemnatis, scilicet, peccatis ob que morte dignus erat.

Elegantem reddit orationem traductio illa uerbi, uiuo, et uiuit. Translatio ex Syr. Proinde iam non ego uiuo. Duo insinuat, primum facit per particulam proinde, que illatiua est, hunc versum, tamquam conclusionem collectam ex superiori illa parte. Christo confixus sum cruci. secundum preponens negationem uerbo uiuo, vitam propriam uidetur omnino excludere. Quare magis apta, argutaq; magis, secundum Vulgatam, phrasis Apostolica. Dum quod primo concedit, et uere, post modum corrigit, et explicat uerbi ambiguitatem. Quo sermone, quid vel subtilius, vel elegantius dici potuit!

Theoria 1.

Circa illa uerba uiuo ego iam non ego

Queri hic potest, quam vitam insinuet illud uerbum uiuo, quam uero neget ad uerbum, non. licet de uita naturali quidam interpretati sint, nisi non est dubium, quin de uita morali sit locutus Apostolus. sicut et superiori versu 19. Est uero uita moralis duplex, altera mala, et impia, altera pia, bona, et sancta. quibus respondet sua cuiusq; mors. De his Rom. 8. 13.



Si enim secundum carnem vixeritis. ecce vita impia, quae dicitur vita carnalis, et terrena; quia secundum carnis desideria est, et terrena cupit, querit, et sapit. Moriemini. Hec est mors animae, quam efficit vita impia, et carnalis. si autem spiritu facta carnis mortificaueritis. erit mortem carnis, quam animae vita pia, et sancta consequitur. Viuetis. Hec bona, quae celestis, seu spiritualis vita nuncupatur, quia ad caelum ducit, et à spiritu sancto procedit. Igitur ita se habent inter se. Sed uterque, ut una alteram expellat; atque illi sua presentia mortem afferat, non secus, atque nox diem, dies noctem exterminat; vitam nempe animae piam, et sanctam lux gratiae efficit, at impia carnis vita quid est nisi nox, atque tenebrae. Joletus de morte aeterna tam animae, quam corporis exponit, et de vita aeterna similiter; sed Hec aeterna presupponit temporalem. Quare nostra expositio vera est, eamque habet Arias Mort. Rom. 8. 12. et Legionensis Galat. 2. 19.

5. Vita igitur carnis, mors potius est dicenda, quam vita, vel si vitae nomen dandum, cum addito minuente dandum. Ut vita appelletur animalis, bruta, agrestis, ferina. Nam rationis ductum non sequitur; sed belluae in morem sensus libidine ducitur, et voluptatis, ac delectationis titillationes prosequitur. Vbi autem motus rationis non est, vita rationalis non est; siquidem vita in motu consistit, atque adeo non Sominis, cuius nihil simile ostendit, sed belluina dicatur necesse est, quae belluarum imitar est. Quae non iniuria illis Sominibus, qui eiusmodi viuendi rationem, et normam tenuerunt, nomina bestiarum, quibus similes extiterunt indita sunt; ut viperæ nuncupentur, aut dracones, vulturni, milui, aut struptiones, pardi, spinteres, vrsi, lupi, atque leones, lepores etiam, ac mures, et Camelentes. Tales enim sui eos affectus, et actiones reddiderunt; dum liuoris veneno, viperas, rapacitate miluos, vrsosque, luxuria apros, et spinteres, voracitate lupos, struptionesque, timiditate lepores, et mures, crudelitate pardos, mutabilitate Camelentes, superbia denique leones, et dracones superarunt, vel plane emulati sunt. Transierunt, inquit, Regius Vates, in affectum suum - Ps. ~~72~~ 72. 7.

6. Quare non abs re interpreteris in hunc sensum Pythagoricam plurigenesiam. Non enim incredibile sit tantum philosophum ita intellexisse Sominum animas in varia corpora transmigrare, non quod ipsa anima Suius Sominis transiret in corpus illius, alterius uero animalis, scilicet, Leonis, aut vrsi; sed quod in suo corpore proprio manens in Leoninos, Vrsinos uero mores, et affectus transiret; ut Deinceps non Suma nam, sed belluinam duceret vitam. Nec minus consentaneum est rationi, ut existimemus praeter alias, Sac etiam pena infelices Sorum animas, qui febrino more vixerunt in terra, apud inferos torqueri; ut cogantur induere ignea quaedam corpora, illorum animalium



Simila

qui fuimus, diaboli mancipia, sed Dei filios, eiusque regni heredes. Hoc fit, ait Hugo Cardinalis cum homo nil proprię voluntatis, aut rationis sapit, Job 16. 13. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum.

9.

Notum est illud, quod magnum speculum exemplorum refert, Romanam matronam, diuitem, ac nobilem, que post multa pia opera in grauissima incurrerat peccata accusatam à Demone, qui hominis induerat formam, delatans ad regale tribunal, ubi admonita, ut intra breue temporis spacium de propositis criminibus responderet, tandem sacra confessione expiato animo redeuntem minimè cognitam fuisse ab accusatore Demone, qui sepius incitatus, ut crimina iterum obijceret, respondit, et clara voce confessus est, illam non esse feminam, quam ipse accusauerat. Hoc, inquit, munda est, et sancta, ego verò impiam, atque immundam detuli ad hoc tribunal, quare accusatoris voce abroluta in domum remissa est.

Scitum est illud item, quod ex Ambrosio refert Guterrius Trexo super Sunc locum. Aduenerat longè homo, qui ante suam profectioem consuetudinem Sabuerat cum muliercula. Hęc fortè obuiam facta est amico peregrini aduenienti, qui cum in salutata amica transisset, illa iterum eidem obuiam progressa, quasi non fuisset ab eo prius agnita, intendens oculos versus amicum pristinum, ait, ego sum N. cui ille, ego verò non sum ego. Preterijtque illa relicta quippe mutatus iam ab impia ad vitam piam gradum fecerat.

Theoria 2.

Circa illa verba viuit in me Christus.

Queritur 2. An Christus re ipsa viuere dicatur in nobis. An verò per gratiam, et dona spiritus Sancti. cum dicitur Sic, viuit verò in me Christus.

10.

Facile se expedit ab hac questione Lyra dum ait: Per gratiam viuificantem viuit Christus in nobis. Caietanus super Sunc locum asserit, ita viuere Christum in nobis, ut actiones vitales, nimirum, cogitare, intelligere, amare, delectari, tristari, cupere, operari, iam non sint nostrę, sed Christi in nobis, nec à nobis procedant, sed à Christo in nobis. quia quicquid Christo sit crucifixus pro ratione actionum suarum Christum Sabeat. Itaque Christus in eo regat, disponat, et utatur internis, et externis actionibus, quocirca merito dicatur Christus in nobis viuere. Pseudo Hieronymus in illo viuit Christus, in quo Christus vegetat actus, et vitam. vegetat spiritualiter intellige, si sanè dictum est. Remigius, Christus viuit, .i. regnat per fidem, et per omnes virtutes. S. Hieronymus inquit, viuere in nobis Christum sapientiam, fortitudinem, sermonem, pacem, gaudium, ceterasque virtutes, quas, qui non Sabeat, dicere non possit cum Paulo, viuit in me Christus. Primarius in illo viuit Christus, in quo viuunt virtutes eius. Hugo Cardinalis. Primò exponit de vita in presenti per gratiam, in futuro per gloriam, secundo de vita per imitationem; sicut dicitur bonus pater viuere in bono filio, qui cum in omnibus imitatur. secundum illud Eccl. 30. 4. Mortuus est pater illius,

[Handwritten flourish or signature]

et quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.

S. Thomas, quia inquit, illa dicitur esse cuiusque vita, que ad se rapit affectum, unde dicitur Suius vita venatio, illius ludus, quia sic ludo, ille venatione maxime oblectatur et gaudet. sic Hispani dicunt. Voluntad erorda, i muerte es enolo. Ideo Christus dicitur vivere in nobis, et esse vita nostra: quoniam Christum Sabemus in affectu, illum solum amamus, ille nos oblectat, et vitam affert; sic dictum est Col. 3. 3. Cum apparuerit Christus vita vestra. et Philip. 1. 21. Mihi vivere Christus est, et mori lucrum. (Huc et Dionysium Areopagitam citandum infra in fine Suius Theorie poteris aduocare) Legionensis, La, inquit, dicunt in nobis vivere, que nos ad agendum efficaciter mouent. si cupiditates nostre nos ducunt, ea in nobis viuunt; si saculi negocia, atque cura, et ea viuunt in nobis. Viuit itaque Christus in eis, quos mouet ad bonum, mortuus autem dicitur in eis, qui se ab eo non permittunt incitari, atque duci.

11.

Hanc expositionem videtur secutus Iuxo, in Paulo, inquit, vivebat Christus vita, dulcedo, et spes animae suae; affert autem Sistoriam Pelicani, qui rostro colaphisans pullos ex se genitos occidit; occisos vero dicitur in nido iacentes lugere per triduum; deinde se ipsam matrem vulnerare, et sanguine suo perfusus, filios ad vitam revocare. que narratio licet vera non esset (certe vulgatissima est) tamen ad viuam exprimit rem verissimam. scimus omnes, et fide tenemus Christi sanguine fuisse nos viuificatos, quando autem Christus occiderit rostro suo, quos viuificavit sanguine suo, hoc querimus. Scriptum est Deut. 32. 35. Ego occidam, et ego viuere faciam. occidit igitur Christus Paulum lupum grauatorem, et rapacem, ac deinde viuere fecit pium, pastorem, et maximum Apostolum. Mortuum audi, uiuus iam non ego, viuificatum audi, uiuit in me Christus. Quod itaque de Paulo dictum est, omnibus in Christo renatis commune est. qui dicere cum eo possunt, uiuit in me Christus. O vita cui omnia viuunt, vita que das omnibus vitam, vita que es mea vita, sine qua morior, vita dulcis, et amabilis, ubi queso es? ubi te inueniam, ut in me deficiam, et in te subsistam? Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Moses amicus erat, abscondisti faciem tuam ab eo. si non te uidebit Somo, et uiuet, eia domine moriar cum Paulo, ut te uideam. Hec, et plura Iuxo.

Legionensis et elegantius, et perspicacius rem prosequitur, ampliusque explantat; uiuit, inquit, Christus in Paulo, quia non solum gratiam confert, + illi suam, que est animi vita; sed semet infundit in ipsum, cum ut agitet, atque moueat (sicut anima mouet corpus) que est Christiane pietatis summa perfectio; finisque is, qui nobis in omni vita propositus esse debet; eo enim uix progredi debemus, quod ad hoc assequamur, ut Christus solus in nobis uiuat, et qui ex Christo motus extiterint: solus Christus mentem nostram se dignis cogitationibus imbuat; solus accendat voluntates, solus sensus regat; =

12



Cupiditatibusq; moderetur, ut quicquid volumus, agere vi suscipimus, illo ciente, Soc est, non solum promouente, atq; duce, sed etiam impulsore, et proprio alitore faciamus. Nam certè in quo Christus uiuit, is Christum pro animo habet. Itaq; quemadmodum ab animo corpus mouetur, ita à Christo uniuersa bonorum opera ortum habere debent; et ut animus dominatur in corpore, sic Christus in suis dominatur, et ut corpus speciem, splendorem, dignitatem suam omnem ab animo mutuatur, sic eorum, quos Christus plenè subiecit sibi, omnis pulchritudo, et species animi ex Christi in ipsis manentis, atq; vigentis lumine, et splendore diffunditur. §. 1.

13

Hæc doctè, satis, et Theologicè dicta. Verùm quo magis res mirabilis, et summum Dei in homines beneficium constat, Sumusq; supernaturalis vitæ in nobis effectus penitus (si fieri potest) agnoscamus; libet exemplis, seu comparationibus, (ut vulgo dicuntur) adhibitis, supra iam præfactis expositiones confirmare. Ac principio illud pro certo sumo, quicquid Christus Dominus operatur in nobis media gratia, quæ illi nos gratos efficit, operari. Itaq; gratia nos facit diuinæ consortes naturæ, nam cum Deus lux sit increata, dum nostram animam sua gratia imbuat, tamquam splendore vestit lucidissimo ex illa immensa, et æterna luce deriuato, et in nobis refulgente. Per Sane verò gratiam non solum Christus, sed tota Trinitas, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus ad nos veniunt, in nobis habitant, et viuunt, ut ipse Dominus testatus est Ioan. 14. 23. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Prius Versu 17. Dixerat de Spiritu Sancto, apud vos manebit, et in vobis erit. et Versu 20. de se ipso: Cognoscetis quia ego sum in patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Ioan. 6. 56. 57. Qui manducat carnem meam est, in me manet, et ego in eo. Licet Maldonatus exponat de tempore post iudicium locum capitis 14. et 17. Sunc tamen Ioan. 6. de præsentia exponit, ad quem Christus allusit. nunc mentione facta Patris totam Trinitatem confirmat futuram per gratiam in suis discipulis, et dilectoribus. At cur Paulus potissimum de Christo affirmat, viuit in me Christus; non negat alias similiter in se viuere personas diuinas; sed honorare debuit Christum, hominem apud homines, seruum Dominum, Discipulumq; magistrum; quinimo alia etiam fuit ratio, quia per Christi merita nobis totum bonum supernaturale, et ipsa gratia, quæ omnium donorum principium est, et origo, collata est.

14.

igitur cum nobis gratia adoptionis, .i. diuinæ participatio naturæ in sacro fonte baptismatis communicatur; tunc induimus Christum, testante Paulo infra cap. 3. 27. Quicumq; in Christo baptisati estis, Christum induistis. per gratiam nimirum, qua spiritus filiorum datur, qui est spūs Christi. 1. Pet. 1. et infra c. 4. 6. Misit Spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater. resplendet verò anima nostra clamidem Sane purissimam induta gratia ad eam, ut altera omnino appareat, sicut facies Christi Domini in transfiguratione ita splendida facta est, ut cum substantia esset eadem, propter splendore

tamen appareret altera.

Scimus Principem Israelitici populi Donat Sam ita dilexisse Dauidem, et sibi
 adglutinasse glutino amoris, ut exuens se vestibus, et ornamentis regalibus, bal
 tseo etiam, et gladio militari, ijs indueret Dauidem, ut forma, quæ latebat in
 animo, appareret etiam in corpore, et quisquis aspiceret Dauidem, Donat se
 simillimam imaginem, imo Donat Sam ipsum intueretur, qui per amicitiam
 latebat in Dauide. Hoc in nobis efficit gratia collata per Christum, quod
 vestis tributa per Donat Sam in Dauide; ut scilicet Somo noster interior appa
 reat Deo, et Angelis alter Christus, seu ipsissima imago Christi; imo etiam
 Sominibus per exteriores actiones, quasi per signa certa, ipse Christus, qui in
 eo per gratiam viuit, inotescat. Sicut ergo Dauid vestimento indutus lona
 thæ, alter Donat Sas, imo ipsemet Donat Sas apparet, et in Dauide cernitur lo
 nat Sas loqui, tacere, tritari, ridere, lacrymas fundere, incedere, brachia iac
 tare, ad prelium ingredi, victoriam reportare; ita et Christianus debet per gratia
 et spiritus actiones alter Christus, siue idem ipse Christus, quem indutus est ap
 parere, Junctus perfectus dicatur, cum Christi formam in se ipso ad viuam repre
 sentarit, ita quidem, ut omnes motus, actiones, virtutes, cogitationes, verba,
 opera Christum referant, Christi esse videantur. De exteriori actionum simi
 litudine, et representatione ait Paulus Rom. 13. 14. Induimini Dominum

nostrum Iesum Christum. cum citato. C. 3. 27. Galat. De interiore magis lo
 qui videatur. Sed illud interim perpende non solum Christum esse indumen
 tum, quo nos induti eum representare debemus. Sed nos vestimenta etiam esse,
 quibus ipse Christus vestitus apparere gaudeat apud Patrem. Nam Gen. 49. 11.
 Nos significati sumus in stolla, et pallio sanguine vber, et vino lotis, ut Orig. Amb.
 et August. exponunt. Vide Viegam Apoc. 1.

Sed audi Greg. Nyse. Homil. 15. in Cant. Mihi vita Christus est. Hæc
 verbis, ait, tantum non clamat Apostolus, nullam in se affectionem humanam
 viuere. non fastidium, non timiditatem, non voluptatem, non dolorem, non
 iram, non metum, non audaciam, non iniuriarum memoriam, non inuidi
 am, non vindicta, auaritia, Sonoris, aut glorie cupidinem; sed sis omnibus
 abrasis, solus, inquit, ille e mihi superest, qui nihil est solum, qui est ipsa
 sanctificatio, et puritas, et immortalitas, et lumen, et veritas, qui pascitur
 inter lilia in splendoribus sanctorum. Hæc Nisenus. Chrysostomus viuit
 in me Christus, i. nihil geritur à me quod nolit Christus.

Hanc quidem gratiam, seu primarium eius effectum, qui est vite puri
 tas, sanctitas, et innocentia illa candida vestis significat, quam baptizato in
 duit sacerdos in sacro fonte dicens; Accipe vestem candidam, quam immacula
 tam perferas ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, ut habeas vitam æter
 nam. De qua etiam mentio fit in parabola Nuptiarum cum dicitur; quo
 modo sic intrasti non habens vestem nuptialem? Hæc eadem gratia no
 mine olei intelligenda, quo verè unguuntur Christiani, quodque Sabelliores red
 duntur ad collectandum in palestra huius seculi cum hostibus animæ; et aduersus

15

16

17

18.

rectores tenebrarum Sarum. Est itaque Soc donum celeste, tamquam anime
vita, seu spiritus, quo noua, et supernaturali vita uiuit, et spirat. Quare si
corpus uiuit per animam, et quicquid corpus exercet, et agit ab anima sciet
ut agat, et exerceat. sic etiam quicquid boni ab anima nostra est, ab Soc
spiritu, et dono celesti est, nempe à gratia, imo à Christo per gratiam. Unde
fit, ut non minus uerè dicatur anima sine gratia mortua, quam sine
anima corpus mortuum appellatur. et ut anima per oculos intuetur, per
aures audit, per os loquitur, per pedes progreditur, per manus operatur. Sic
Soc omnia dicitur uerissime, (dum placita Deo sunt, et digna guberna vita)
spiritus gratiè agere, et exequi per ipsam animam. Imo Christus in nobis
Soc omnia facit per gratiam, et Soc planè fatetur Apostolus, cum inquit
uiuit in me Christus uiuit nempe non minus quam in corpore anima,
siue vitam tribuens, et actiones. Vide ergo O Christiane, quales oporteat
omnes tuas esse actiones, si Christi actiones dicendæ sunt; si in te Christus
uiuit, quæ tua vita? si per luminata tua cernit, qualis tuus aspectus? si per
os tuum loquitur, quam sancta uerba? si per tuos ingreditur pedes, quam
pulchri gressus? In hanc sententiam S. Thomas, corpus, inquit, Pauli
uiuebat per animam Pauli, quæ erat principium intrinsecum uitæ natu-
ralis; sed anima Pauli uiuebat per Christum, i. per fidem in eo habitan-
tem, et mouentem ad Deum. Fides (ut infra explicabitur) cum Charitate,
et alijs uirtutibus coniuncta intelligitur. Unde Remigius, Christus, inquit,
uiuit, siue regnat per fidem, et per omnes uirtutes.

S. 2. Varia proponuntur simili.

19.

Viuit uerò in me Christus, tamquam Dominus in domo sua, seu Pater
familias inter suos familiares. si roges, dum adstas iuxta magnificas
ades. quis Sic uiuit? Responsum audis. Hic uiuit N. Soc est nomen
Domini earum adium. si iterum rogas. nemo alius uiuit Sic? Respondetur,
nemo. At uiuunt inibi filij, famuli, uxor, generi, nurus, et plurima fami-
lia; cur dicitur nemo alius uiuere in eis adibus? ille scilicet Dominatur in
domo, et ceteri sub umbra illius uiuunt. Quare is absolute dictus est ibi ui-
uere, de reliquis nulla ratio Sabita est. Hoc exemplum nobis declarat ali-
quid de mente Pauli. Non dubium est, quin ad huc in renatis per grati-
am, uiuant pristinae potentie, sensus, uires, et corporis, et anime; uerum,
quia Soc omnia sub Christi tutela, et dominatu uiuunt ille dicitur in no-
bis uiuere, et non aliquid aliud. Cum. Viuit in me Christus operator,
Dominatur, omnia tandem in me factus; per Soc autem uiuit in me, quod
nihil in me fiat eorum, quæ ab eo non approbantur. Claudius, uiuit in me
Christus nihil in me nisi illius arbitrio geritur. Quin etiam ille tamquam
prepotens Dominus in me omnia peragit, non iustitia legis, sed gra-
tia Dei in me est per Christum, ad cuius presentiam euauerunt Lex, et pec-
catum. Dionysius Cartolus. Christus itaque regnat in anima mea, possidet

me, facit qd me in se viuere. viuere est actum vitalem Sabere.

Accipe aliud simile, equus vehit super se equitem, à quo freno, et calcaribus ita agitur, ut nec pedem, nec manum moueat, nisi quâ, vel quò eques ducit, et mouet. quod, dum equus obtemperat, et obsecundat, gratissimum est sessori, sin autem equus indomitus reluctatus fuerit, nolens parere, nec freno, nec calcaribus, quàm iniquè ferre eum credas, qui equo iter est aggressus. Posuit eum equum gloriæ suæ in bello, ait Vates de Christiano populo, et Somine prophetans. suam gloriam (O Christiane vir) Christus locauit in te: per te de hostibus sperat reportare, triumphum: in te quasi strenuus equus ad præliandum egreditur; te freno regit, te calcaribus excitat, te mouet, te ducit suo spiritu, et gratia quocumq; libet, quacumq; placet, semper ad id, quod tibi utile, sibiq; gloriosum futurum est: sine, quæso te, duci, et gubernari; ne indomito sis, aut effreni equo persimilis: ut eius potius iram prouoces, quam ad maiora tibi indies bona conferenda incites.

Esto similis perito, et agili saltatori, qui pedesq; manusq; mouet iugiter ad Cytharæ sonum, nec discrepat semel; aliq; dissonus motus appareat, et absurdus. Certè Christus diuinus Cytharædus continuo quasi Cytharæ pulsus nos incitat, et ducit ad opera, actionesq; Deo gratas, ex eiusq; diuinis præceptis compositas: Nonne equum est, ut ad tanti, tamq; primi Cytharæ diuinos sonos, vitam nostram componamus? Id, qui faciunt cum Paulo verè dicunt, viuit in me Christus. Hanc similitudinem confirmat illud, quod Matt. 11. 16. et Luc. 7. 21. affert Christus, ut Phariseorum ignauiam arguat; qui nec se, nec suum Baptistam audire, atq; imitari voluerunt; sed potius vniusq; rationem vitæ aspernati sunt, et opprobrijs insectati; cum exclamasset, qui Sabet aures audiendi, audiat. addit statim; cui similem æstimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus dicunt, cecinimus vobis, et non saltastis, lamentauimus, et non planxistis. s. Lucas, Cantauimus tibijs, etc. sanè allusio fit ad eos, qui saltant ad tibijs, et ad lamentatrices, quæ etiam ad sonum tibijsinum lamentationes suas componebant in funere mortuorum. Ergo vel Ioannem ieiunantem tamquam lamentatrices tristes modos tibijsarum, vel Christi vitam, non austeram, sed tamen celestibus, ac diuinis mandatis congruentem, veluti docti saltatores, musicorum dulcem armoniam sequi, et imitari debuissent. Illud igitur dici potest Soctempore, quod Christus Phariseis, et pueris ludentibus dicebant suis socijs, Cecinimus etc. sed Soc minime probro dabitur illis, qui, uti periti, et gnari saltatores pendunt a musicorum symphonia, et organis; sic ipsi à Christi inspirationibus, et gratiæ motionibus pendunt; ut licet liberè, et spontaneè moueantur ad studium, et exercitacionem bonorum operum; non nisi ad Christi imitationem, atq; obedientiam, tamquam ad sonos musicos, et diuinam quamdam armoniam vellicantem aures, moueantur; et exerceantur in hac palestra vitæ, atq; æui transeuntis stadio, brauium sperantes æternum.

Nam insanire certum est Secreticos, qui iustorum opera celesti præmio digna esse negant. Cui ex dictis apertissime constat Christum in illis viuere; illos ad agendum moueri; cum illis operari quid ergo negas insanè eiusmodi opera Sabitura mercedem? nonne ex prompta, et gratavoluntate, tum Christi, tum Christiani, qui ad Christi nutum, ductumq; opera facit, illa procedunt? Viuit itaq; iustus, et operatur digna præmio æternæ gloriæ. Verum dicitur Christus in eo viuere, atq; operari, propterea qd talia opera sine spiritu Christi, Soc est, absq; gratia non faceret; imo licet actus vitales, et actiones humane sint humane, ab homineq; efficiantur; plus tamen in eis Christus Sabet, quasi earum precipuus auctor. quid quid enim ipse ago, spiritu Christi ductus ago; amore Christi incitatus ago; ad Christi imitationem ago; Christum pro ratione actionum tam externarum, quam internarum habeo; eius doctrinam sequor, consilijs obediens, iustis obtempero, consentio, et conformor voluntati: quæ quid ingeritur, arbitrio Christi geritur; nil facit, quod nolit Christus, quod non probet Christus. quæ est viuere, nisi vitalem actum exercere? igitur si uiuo Christus in me viuere, si cogito, si intendo, amo, cupio, delector, tristor, operor

20.

21.

22.

non tam ego, quam Christus in me agit. Atque actiones non à me (ut dixit Ciceronius) sed à Christo in me procedere dicuntur. quia ex quo cum Christo crucifixus fui, et resurrexi simul cum illo, pro ratione actionum mearum sine, et auctore illum habeo, ut planè affirmari queat Christum in me vivere, regnare, dominari, me à Christo possideri, regi, gubernari, dirigi, quod tamen ita suaviter, ita potenter prestat, et exequitur, ut cytharæ dus strenuum agit saltatorem, et modulorum suavi sono dirigit, ut qui equitandi peritus equus generosum agit equum. Ducit, reducit, impellit, venat quaquaversis, ^{quo} quoque venus facili motu pedum, facili, sed efficaci agitatu freni. Nihilominus, et saltator, et equus obtemperantes, et ducentem sequentes, operari cernuntur, et sunt digni, et premio, et laude. Est certe laude, et premio dignus somolustus in ijs, que gratia, et spiritus Christi ductu prestat, at si quid mali fecerit, id non laude, sed pena dignum, neque Christo tribuendum, sed ipsi homini. Nam sicut rami, qui in arbore per insidiam renouata infra oculum insitum putularunt, non insito, sed trunco, et radici tribuntur antiq̄ que, sic etiam opera mala non Christo, sed veteri homini tribui debent: fructus vero noui, ac boni, quia ab oculo sunt, ei tribuuntur, sic et Christo opera bona, quia ab ipso sunt. Cum autem scriptum sit, septies incidit iustus, et resurgit. Non est mirum si qui in iustitia permanet, sepe venialis culpa noxam contra se, dum enim terribilia non admittit crimina, iustitiam non amittit, sed non omnes ad eum perfectio nis gradum perueniunt, ut possint pleno ore, ac sine rubore vultus dicere, Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. At quicumque ita Spiritus ductum secutus erit, ut vel minimam culpam effugiat, nec saltem sciens, volensque ullam admittat in maxima impuritate; omnia vero opera, verba, cogitationes in Deum, eiusque gloriam continuò referat, hic sane perfectus erit, atque in eo verè Christus, et viuet, et regnabit, vitam in secula eterna.

hic

23.

Sed obiter attende, si quis putas satis esse Christum in nobis esse per gratiam ad bene operandum, neque requiri propterea sedulam nostram curam, et studium, tuam planè inscitiam ex amplio redarguam saltatoris, qui nisi exercitatione, et assuetudine saltandi nactus fuerit faultatem, et peritiam, licet attentus ad sonos cytharæ tantis præclarissimè, tamen sepe minus aptè, tardius ve, nequam expedite pedes, manus ve mouebit, atque necesse est, ut intuentium oculis, et expectationi satisfaciat, quinimo si de attentione quicquam remiserit, absurde, ut labatur, vel erret oportebit, ita oitu qui talentum accepisti gratia, et spiritus, qui Christum induisti, neque quæso te, ociosus stertas, ne ve alijs implicare curis, et studijs; sed uni studio te virtutis dedito, in Christi imitationem sedulo incumbere, pietatis continuò opera exerce, attentissimè vitæ, et passionis Christi Domini exempla intuerè, voces, et documenta auribus non segnibus Sauris; Apostoli sortamentis indere. Ep̄. 5. 1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij Charissimi. Hinc fiet, ut tanta dexteritate eius inte exprimas operando similitudinem, ut non solum nature participes diuine per donum gratia, sed etiam gloriæ consors immortalis valeas esse per aspectum, et fruitionem eternitatis. Tunc implebitur quod Christus Ioan. 14. 20. pollicitus ait, In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et pater in me, et ego in vobis, et rationem premiserat, quia ego viuo, et vos viuetis. Christus semper vivebat, quia Deus erat. Discipuli post resurrectionem victuri dicuntur, quia in ipso vita erat, et vita erat lux hominum. Nulla ergo vita immortalis clarè cognitari. Dicuntur veri, et sancti Christi Discipuli, quod nunc credunt, sed non vident, sicut filius est in Patre, et Pater in filio per essentiam; sic nunc fore ipsos in Christo, et in ipsis Christum, quemadmodum sic fuerat per gratiam, et Charitatem, sed iam consummatam, et perfectam. sic Maldonatus explicat. Sunc locum Ioannis.

24.

Colligo ergo breuiter que dixi, Christumque explicio vivere in nobis per gratiam, que manifestatur per similitudinem, per imitationem, per amorem, per protectionem, et gubernationem. Nam sicut vitis in palmites, sicut caput in membra, vitam in nos transfundit spirituum; sicut amicus in amico est per similitudinem amoris, sicut pater in filio per communio nem spiritus, seu per consortium nature, et participationem diuinitatis; sicut Dominus in doctores; sicut cytharæ dus peritissimus in strenuo saltatore; sic profecto est, et viuit Christus in perfecto Christiano, et omnibus gratia domis, et spiritus sancti Charismatis perfecte magni. cuiusmodi perfectionis quotusquisque inuenietur in millibus Christi annorum? que raritas nominibus cap. 4. Exstasim facit, inquit, diuinus amor, amatores suo statu dimouet, et sui iuris esse non sinit; sed in ea, que amant, penitus transfert; idcirco, et Paulus ille magnus cum diuino amore flagraret, excessiue illius virtutis participes factus.

vivo, inquit, iam non ego, vivit verò in me Christus, tanquam verus amator, mentis
 excessum patiens. Dionysius Cartusianus Areopagita sui magistri vestigijs insis-
 tens, ita exponit: vivit verò in me Christus. quia non secundum me ipsum, sed secundum
 Christi inspirationem, voluntatem, doctrinam vivo, et ago. Amor transponit amantem
 in amatum. Dum ergo homo in Christi amorem succenditur, crescit, et perficitur; =
 moritur in semet ipso: quia non agit secundum propriam voluntatem, et naturalem in-
 clinationem, priuatunq; amorem; sed secundum divinum charitatis instinctum Chris-
 ti iussione, et consilium. Chrysostomus Galat. 2. vide exactam vitæ rationem,
 ac beatam illam animam admirare. Non dixit, vivo ego, sed vivit in me Christus.
quis ausit in hanc vocem erumpere? quoniam enim seipsum Christo Domino, ac
 cruci præbuerat, cunctaq; reliquerat temporalia; et ad illius voluntatem faciebat
 omnia: non dixit vivo Christo, sed quod longè maius erat, vivit in me Christus. sic
 si sancti Doctores interpretantur quasi vni Paulo hoc vitæ perfectio conveniat. Non
 rubium tamen, quin et alijs posse convenire iudicaverint: si qui se totas divinz gratiæ
 regendas præbuerint, et secularibus desiderijs omnino, atq; ex animo renunciaverint.

V. 20. Altera pars
 scholia.

quod autem nunc vivo in carne in fide vivo filij Dei. Mihi non improbabiles
 videntur aliæ expositiones Sicuti, quæ elegantè Legion. commemorat. sed
 pro certis Sabeo ad exponendum semiverticulum precedentem, hoc subiungi ab Ap-
 tolo. constat ex s. Remigio, s. Thoma, Hugone Card. Tria dixerat. 1. vivo. 2.
 non ego scilicet vivo. 3. vivit in me Christus. quæ sanè inter se non solum diver-
 sas, sed aduorsa etiam, et contraria, seu contradicentia videri possunt. si vivo, =
 quomodo non ego si non ego vivo, quomodo in me vivit Christus? in me, in
 quam, non vivente. Hic velut ænigmaticè dictis satisfacit, dum subdit. quod
 autem nunc vivo in carne est. Syriaca editio, et hanc vitam, quam nunc vivo
 in carne. Græcè ὁ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει τῷ θεῷ ἢ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ. d. quadriv.
 hoc vivo. suppleendum antecedens. Hoc quod elegantè prætermissum fuerat.
 Non ponitur ἢ. i. quod, quæ est coniunctio causalis: sed ὁ. i. quod relativum.
 sic illud Rom. 6. 10. quod mortuus est. ὁ γὰρ ἀπέθανε, et infra. quod autem
 vivit, vivit Deo. i. hoc vivit Deo ὁ δὲ ζῶ τῷ θεῷ. Respondet ergo peritilitudinè
 cœquius Apostolus. Non nego me vivere in carne, i. in corpore, sed illud non
 possum non ~~agere~~ negare vivere secundum carnem, i. subiectam carni, et eius
 cupiditatibus astrictum, et mancipatum; fateor autem meam vitam esse per fidem,
 quæ est vita iusti, nam iustus in fide vivit. Abac. 24. vivo igitur in carne, non
 secundum carnem, neq; secundum legem pristinam; sed secundum fidem, quæ
 est filij Dei ex amore mei cruci affixi. Fides verò hæc non nuda, aut ociosa,
 sed caritate vestita, et animata intelligitur; atq; ad deo omnibus donis, atque
 virtutibus ornata; et hoc intelligendum cum dictum est, vivit in me Christus, per
 fidem videlicet, spem, charitatem, et spūs sancti reliqua dona. quod supra dic-
 tum est per gratiam Christum in nobis vivere.

25.

26.



27.

Cur vero adiunxit Filius Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. plane ut fidei firmitatem, et excellentiam explicaret, quae tribus maximè innitatur fundamentis munitissimis, siue certissimis argumentis; quibus refragari nefas sit. 1. Diuinitate Christi, qua omnia potest. In fide, inquit, Filius Dei. 2. eiusdem eximitate dilectione, qui dilexit me. et tandem 3. vitae profusione, et tradidit semetipsum pro me. si Deus potest si amat, vult, et quae promisit, implere; si vitam dedit, quid non dabit nobis? Fides ergo fides communita firmamentis, quem non in vita confirmet? quem non aliat? quem non sustentet? cui ad maxima quaeque speranda non addat spiritus? Si haec expositionem amplectimur, illud, uiuere in carne, nihil aliud significare intelligitur, quam vitam uiuere naturalem, esse in corpore, et in eo spiritum ducere, ut videtur interpretari S. I. Som. ita Philip. 1. 22. quod si uiuere in carne, Sic mihi fructus operis est. 1. non extra corpus.

28.

Sed certè cum saue vitae mortalitas sit adiuncta, et sic uiuentem mille circumstantent arumque, mille expectent casus, calamitates, dolores, mille acerbitates penarum obsideant. Homo quippe natus de muliere repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Iob. 14. 12. Sine fit, ut uiuere in carne, plus aliquid sit, quam spirare, ac uiuere, nimirum uiuere obnoxium carnis miseræ angoribus, pressuris, aduersitatibus, infortunijs, odio etiam, infestationi, et improperijs hominum, insidijs preterea, et tentationibus hostium animæ, rebellionibus ipsius carnis, mundi cupiditatibus, et demonis fraudulentia, ac dolis. qua supposita animaduersione arbitror sensum Suius versus ita accipiendum.

29.

Dixerat se Christo confixum cruci, atque adeo, eius in suo corpore mortificationem circumferre, quotidie pro Christo mori, a stimatumque tamquam agrum, seu quem victimæ designatum. Nihilominus longius prospectans, et ex hac quotidiana morte expectans cum Christo se futurum exsuscitatum post Suius vite defunctionem, fruaturumque cum ea vita gloriosa, et immortalis; quasi iam eam possideret, possidendi certus ex uua fide, addidit, uiuo autem iam, quasi diceret, et si in cruce morior, tamen certus resurrectionis nam tam frui me illa vita aeterna arbitror, et letanter aspicio, dum rursus animaduertisset non suis se meritis, sed Christi beneficio tantum boni consecuturum, vel consecuturum; non ego, inquit, sum, qui uiuos, qui nihil exone sum, sed uiuio Christus in me, tamquam caput influens vitam, et membrum hoc uiuificans suum, considerans iterum se dum hoc diceret, ad Sue in uita manere, nec dum corpore exatum, nec dum carnis miserij abcolutum, nec dum aduersis fortunæ casibus exemptum, nec dum ex fluctibus, et procellis Suius seculi in litus electum speratae felicitatis, sed cruci semper affixum, periculis undiq; et aduersitatibus circumseptum; subiunxit, et exposuit suae spei firmam me causas. quod autem nunc, inquiens, uiuio in carne, in fide uiuio filij Dei ita q. d. fateor pro hac tempore, et statim uiuere in cruce, hoc est in carne, carnis miserij obsessum, et malorum fluctibus agitationem; sed Sue miseræ uitæ, vel potius continue morti, uiuia in Deo filium fides vigorem, vitamque confert, qui me dilexit is sua me gratia sustentat, qui pro me traditus morti in cruce fuit; ipse mihi suam vitam impartit, est, uiuioque magis animo, quam corpore, atque

ut Hieronymi verbis utar, magis fide, quam carne subsisto. siquidem Sec. mea vita non tam Sominis est viventis in carne, procellis q̄s malorum exagitati; quam eius, qui per viam fidem, totum se, cogitationes, spes, desideria, locavit in Christo; pro cuius amore, et imitationis studio despiciit presentia, caduca contemnit, secularia aspernatur, et quicquid carnis est pesundat, et calcat; ut spiritualibus, invisibilibus, et æternis bonis tandem aliquando in celo cum Christo potiatur.

Observatio

Magnus certè et Scaurus fides Sec; ex quo vivimus, quem, et si in vasis fictilibus. i. in corpore mortali, et frequentibus periculis exposito portamus; tamen tanta est sublimitas et altitudo virtutis, atq̄ potentie diuine, ut per medias acies eo illeso transeamus. Non enim secundum carnem militamus, nec illius astricti sumus obsequijs; licet in carne ambulantes, eius simus, et pondere grauati, et referti miserijs. Omnia enim superamus propter eum, qui dilexit nos, et pro nobis factus est hostia; qui fide, spe, dilectione armatos sua nos gratia, et protectione tuetur.

30

Confirmatio 2. expositionis

Consona sunt Ss Augustini verba illa; sic Christus viuit in credente, Sabitando in interiore Somine per fidem; ut postea per speciem impleat, cum absorpta fuerit mortalis vita. Et illa Theodoreti, In hac vita mortali immortalem mihi vitam preffimo, et per fidem illam aspicio. Quocirca Christus mortem subiit, ut nobis immortalitatem procuraret; et si caro nunc passibilis est in resurrectione (ait Cyrillus) habit Christus corpus immortale. Ambrosius, quoniam futura vita promissa est Christianis, ideo, qui nunc in hac vita auxilio Dei munitus viuit, in fide vite promissæ viuit. Hic enim imaginem eius contemplatur, quasi pignus habens vite future, que per Dei nutum Christi amore nobis quesita est.

31.

Claudius Sec rectè subnectit Suis loco. Nolo insurgant Scretici, et sine occasione arripiant dicendi, vitam Christianam esse extra carnem, et in regione angelorum, vel in mirabilibus super se ambulando; quasi non possimus hanc vitam ducere, quandiu in hoc mundo spiramus. Sec vita, qua Deo vivimus, tametsi est in carne, i. in nobis, qui adhuc mortales sumus, non tamen est ex carne, et concupiscentijs, sed est, et consistit in fide filij Dei, seu in amore illo interno, quo ego totus cogitabundus amplexor beneficium mortis, et resurrectionis Christi. Nimirum per imitationem ei me conformans. Hactenus Claudius.

32.

Hanc Tertiam expositionem sequutus est Dionysius Cart. Quod autem nunc viuo. i. meritorie ago in carne hac fragili, ut viator mortalis, per fidem Christi ago, non propria potestate, aut legis subsidiio, iustus autem ex fide viuit, qui autem incredulus est, infideliter agit. animaduerte non de vita naturali, sed de morali per gratiam explicatum verbum viuo in carne. Eadem videtur explanatio Adami, et si in carne misera, inquit, viuo, tamen viuo vita memorabili, et coram Deo per fidem, que facit ut contempto femite auscultem spiritui. Item Lombardi, quod nunc in carne viuo, ubi est incentiuum viciorum, i. in igne non vror; per fidem, et non per opera legis Sabeo. similiter Bruno, licet caro, inquit, impugnet spiritum, spiritus tamen in

33.



me vivit, et iugulat desideria carnis. (quod miraculum est, ita vivere in carne) vivo autem non per opera legis, sed per fidem filij Dei. Hæc tres expositiones ita se iuvant, ut unam completam perficiant.

34. Chrysostomus, Theop. Theodoret. Gagnarius, Mariana aliam etiam expositionem afferunt. Sui loco satis congruentem; quam non putavi prætermittendam. quod nunc etiam vivo in carne hæc, quod spirita, quod vitalem auram capto, nec pro meis sceleribus multis, et magnis, ut meritis fueram, iam extinctus sum penis addictus æternis. Sic quidem acceptum refero Jesu Christi filij Dei fidei, atq; pietati; quod donante tantum suscepti bonum, sic amplificat. Apostolus beneficium, qui prope qui non solum spirituale, verum, et temporalem vitam se Christo debere intelligentie fateatur.

35. Hæc expositio non placuit Vasques, quia (inquit) non satis aptatur præcedentibus; sed certè non est aliena admodum, et magnos habet auctores. Insinuare videtur illis verbis Augustini, non meis meritis, sed filij Dei, ita vivo in fide. Theophylactus, Hæc ipsum sensibilibus, et in carne vivere, per fidem in Christum habemus; quæ nos cum iustificat, tum ex condemnatione eripit. Et dia que fuiste baptisado teli bro dias delos peccados, y de la muerte que por ellos merecias como transgressor de la ley. Ecumenicus sic colligit; Non intellectualis modo vita, sed etiam sensitiva nobis donata est per fidem, quæ in Christo est. Quomodo igitur rursus post liminum revertemur ad legem!

36. In fide, s. per fidem, sic versio Erasmi: sequitur Mariana, Adamus, Chrysostomus, Theophylactus, Lomb. Interl. Per fidem, ait, non per opera laboriosa legis. Per fidem, s. propter fidem; ut fidem doceam. Vatab. sed non placet. Cautè legendi. Prim. et Pseudo Hieronymus, cum sic commententur, in sola fide, quia nihil debeo legi, vel sola dicunt, ut excludant opera legis, vel non sunt admittendi; vide, quæ supra dixi versu 16. et quæ sic dicta sunt. Vivo exerceo opera vitæ. Nam hæc est propria significatio, cum dicitur, rectè vivendi artem esse, et bonum esse virum, qui bene vivit, s. qui bene agit, bene operatur. In fide ergo vivere, est per fidem operari, ea, quæ fidei docet, præstare; fide duci, seu impelli ad agendum, et sperandum.

Observatio

37. Sed fidei nomine, (ut superius dicebam) non intelligitur habitus fidei solus; sed simul omnes habitus infusi cum gratia, omnes virtutes, dona etiam supernaturalia, et quidquid Deus iustis confert ad bene, beatèq; vivendum; sed iam vius scripturæ sacre obtinuit, ut quod est totius, parti tribueretur, per tropum satis usitatum, (Synecdochem Rhetores appellant) ita ex pappi, vel Carina nauis, ex tecto, vel lare, domus intelligitur. Ita etiam Hispanè es desolar conocido. s. ex nobili solo, ex nota domo, et illustri familia, ubi solum, quæ est infima pars domus, sed quæ eam sustentat ponitur pro tota domo, rursus domus pro familia. sic iustus ex fide dicitur vivere. s. ex gratuitis Dei donis nam quasi solum, et fundamentum eorum omnium fides est; atq; ita sub fidei nomine, totum donorum supernaturalium corpus intelligitur, vel certè fidei tamquam radicis, et causæ vitæ spiritualis omnia fere, quæ ad eam spectant tribuuntur. Unde Cyril. Hierosol. Catæc. 5. Dixit, oculus omnium illuminans conscientiam est fides, et intelligentiam efficiens, sicutum incorporeum aduersus System inuisibilem, ut ait Apostolus Ep. 6. 16. ob signati iustitiam, et adoptionem etc. Hanc fidem si



custodierimus irreprehensibiles erimus, et omnium virtutum genere ornabimur.

S. Augustinus de verbis Apostoli. Nullę, inquit, sunt maiores diuitię, nulli se sauri, nulli sonores, nulla mundi cuius maior substantia, quam est catholica fides, quę peccatores homines saluat, cęcos illuminat, infirmos curat, cathecumenos baptizat, fideles iustificat, penitentes reparat, iustos augmentat, Martyres coronat, virgines, viduas, ac coniuges casto pudore conseruat, Clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cęlestibus preparat, in ęterna hereditate. cum angelis sanctis communicat.]

38.

S. Ambrosius sermone 8. in Ps. 118. sic inquit, vbi fides est, principium, et finem Sabemus (i. omnia vt interpretatur Valentia) vbi perfidia, neq; initium, neq; finis est. (Hispanę ni ay pries, ni cabeęa donde no ay fe) Ecclesię enim principium est. vnigenitus ex mortuis, Sabet et finem, quia ipse est primus, et nouissimus, ipse est enim finis legis ad iustitiam omni credenti. sed vim, et efficaciam fidei multis, ac luculentis exemplis ostendit Apostolus Heb. 10. 38. vt appareat verissimum, iustum ex fide viuere. atq; adeo totam vitam spiritualem cęseri posse effectum fidei, vt explicat Valentia in 22. Disp. 1. q. 7. Ergo cum sic dicit Apostolus in fide viuo filij Dei, ita fidem intelligit, vt dat principium toti vitę spirituali; eamq; consummat; atq; adeo pro ipsa professione Christiana. et sic videtur Amb. de ea dixisse in Ps. 37. Abundant nobis viuinarum testimonia scripturarum, quibus instruimur nihil esse in homine preciosius fide est. De multiplici acceptione huius nominis Fides fusiis agemus infra cap. 5. versu 23. Theoria De Fide.

39.

In fide viuo filij Dei. Gręci $\epsilon\upsilon\ \pi\iota\sigma\tau\eta\varsigma\ \tau\eta\ \tau\theta\ \epsilon\upsilon\ \tau\theta\ \theta\epsilon\omicron\varsigma$. i. in fide viuo Sac, quę est filij Dei est. articulus Sac designat fidem certam, ac memorabilem articuli specialis = symboli Apostolici, mortis nimirum Christi, quem articulum describit Sic Apostolus ex tribus, scilicet, ex diuinitate, vnde est vis efficaciq; vitalis mortis Christi, ideo dicit filij Dei. Deinde ex amore interno Christi, quare addit, qui dilexit me. Deniq; ex oblatione externa sui ipsius in ara crucis, itaq; subiungit, et tradidit semetipsum pro me. quę tria fidem roborant, vt supra diximus. & infra latius vt plicabitur.

40.

Intendit ergo Apostolus sic ostendere vitam animę esse ex fide mortis Christi. Ac per hoc declarat, quare dixerit, Christo confixus sum cruci. sicut priori semiuersu declarauerat, illam particulam, vt Deo viuam. Ergo fides crucifixi ex amore mei filij Dei viuua, i. per dilectionem operans, quam in baptismo profitemur, et per continua opera exercemus amando, et imitando crucifixum Dei filium; hoc viuificat animam vt Deo uiuat, atq; ex Dei voluntate, et pceptis quicquid futura est, faciat. Secundum hoc, sensus hic est.

41.

Quod autem nunc, scilicet mortuus legi, et peccato, viuo in carne, nec de medio sublatus omnino sum; sed in vita maneo, vigoremq; operandi habeo in fide, quę iustificat, non in lege, quę iustificare nequit. (supra versu 16. Et nos in Christo lesu credimus, vt iustificemur ex fide christi, et non ex operibus legis) viuo spiritualem vitam, quę etiam supponit corporalem, viuo, inquam, non solum in actu primo, sed in actu etiam secundo; hoc est, non tantum per fidei professionem consequutus sum, ac teneo vitam animę, quam peccando, et declinando a legis pceptis perdidiram; sed insuper obtinui bene viuendi, et bene agendi facultatem.

42.

§

43.

Filius Dei, qui est author fidei, et consummator Heb. 12. 2. Cui credidi reuelanti myste-
ria redemptionis, quem etiam credo redemptorem hominum, et mediatorem inter
Deum, et homines; in quem demum credam semper, ad eum tamquam in finem me-
am fidem dirigens; à quo æternam spero felicitatem. Igitur genitiuus ille Filius Dei
potest intelligi vel actiue, vel passiuè, id est, vt filius Dei sit causa efficiens fidei, vel
sit obiectum fidei omnibus modis, quibus fides potest obiectum respicere, siue
formaliter, siue materialiter, seu finaliter, quod subtilius, et latius disputare, et ex-
planare pertinet ad tractatum de fide. vide 2. 2. q. 2. s. Thomæ, et ibi Doctores.

44.

Dilexit me, quantum? indicat ovis perdita, dragma inuenta, filius Prodi-
tus à Patre beneuolè exceptus. Quid populus Hebræus debere se agnosceret Abra-
hamo, Israheli, Mosi, Nosue? Certè umbra uniuersi illi fuerunt: Veritas in Christo
expressa est, ei debitoras sumus, qui verè dilexit, et ita dilexit, vt mortem pro nobis
pertulerit. Natura ipsa gratum animum generat, vnde factum est, vt homi-
nes hoc ductu naturæ grati erga eos à quibus aliquod beneficium accepisse se
existimabant, diuinos honores eis decreuerint: Noë, qui adocuit munus arandi;
Itana, quia plantandi vitas scientiam induxit, et alijs, ob alia, quæ ad vitæ suma-
mque utilitatem inuenerunt; imo soli, lunæ, astris, elementis, et infinitis alijs crea-
turis, non ob aliud nisi, quia beneficè putarentur, diuinitas est ab æternis attribu-
ta. At quam nos Deo vero, et filio eius domino nostro Iesuchristo gratiam Sabe-
re debemus?

45.

Pro me, i. loco mei, vel vt mihi salutem afferret; vtrumque verum. Nam pro
nostris debitis soluit Christus, et nobis æternam meruit vitam. Ex Cat. Sanno.
Pro magnitudine amoris, et ardore Charitatis, Iustus communia quidem bene-
ficia propria ducit, vt Chrysostomus Sic annotat, illa certè amoris conditio est,
et natura, vt id totum suum arbitretur, quicquid in amante est. Humilis etiam tam-
de se sentit demissè, vt miraculi instar existimet se locum Sabere in oculis Dei. qua-
re se singulariter agnoscit beneficio deuinctum, quod omnibus datum, quasi soli
sibi fuisset impensum, ac immerenti tributum, pondaræ atq; æstimat plurimi.

46.

Præterea hoc grati animi significatio piorum propria auget, et exaggerat
beneficiorum Dei magnitudinem; quæ tanta esse ostenditur, vt non minus singu-
li accipiant, quam omnes, quod datur, nec ad omnes perueniat, minus, quam si vnus
cunctat totum beneficium recepisset. Vnam dumtaxat ovem Sumeris reduxit bo-
nus ille pastor, quoniam ita pro singulis laborauit, ac si vnus esset, pro quo labo-
rem subierit. Qui ad solem veniunt tantum caloris singuli excipiunt, et cum se-
laritate maiori. Itaq; non solum participantium multiplex turba, non minuit
beneficium, seu munus omnibus populariter datum, sed potius auget, ac maius
efficit, tantoq; maius, quanto magis ipsa exerescit multitudo fruuentium. Quod in
numeribus publicis apparet, cum populo dantur ludii equestres, Iauri agitantur,
et eiusmodi; qui si frequentes non sunt, nihil sunt; cum ingenti celebrantur frequen-
tia, maxime æstimantur. Concio ad paucos Sabita friget, nec auditores calefacit; ad
innumerabilem multitudinem pronuntiata ardet, et omnes accendit; singuli verò
tantundem capiunt emolumentum, atq; uniuersi capere valent; verum cum maiore

etiam voluptate. Itaque dum non minus ex Christi redemptionis beneficio ad singulos, quam ad vniuersos peruenit; tamen ex consortio participum utilitas per esantiam fit amplior.

Theoria 3.

Circa illa verba Versus 20. In fide viuo filij Dei, qui tradidit semetipsum pro me.

Dictum superius ex Caietano descriptum hic fuisse specialem articulum mortis Christi, cuius articuli fidei tributa est (qua Deo viuimus) vita spiritus, hoc est iustificatio à peccatis. Et quidem ubi hanc vitam inchoamus, hancque iustitiam assequimur primum, et in sacro baptismo, potissimum profiteamur Christi mortis fidem, cum ipsum met sacramentum sit quedam mortis dominice expressio, atque imago, uti iam supra explicatum habes ex illo Rom. 6. quicumque in Christo baptisati sumus, in morte ipsius baptisati sumus, consepulti enim sumus per baptismum in mortem etc. Verum pro pleniore explicatione sunt nonnullæ sic emendandæ questiones, scilicet cur potius mortis articulo, quam ceteris fidei, iustificatio tribuatur; cum tamen omnes articuli, imo tota fides, quæ et una est ad iustificationem pertineat, sitque adeo necessaria. Deinde si ex illis tribus quasi circumstantijs, seu attributis constat, sic articulus, quæ explicantur tribus illis particulis Suius versus, scilicet filij Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me, queri non inutiliter potest, quam vim singule seorsum habeant, quantumque valeant simul adiunctæ. Non enim videtur absque magna causa positum nomen filij Dei, pro Christi nomine, quod precesserat eodem versu. Præterea non potest non magnum momentum importare dilectionis mentio, tum etiam spontaneæ traditionis commemoratio. Denique illud pronomen singulare aliquod innuere videtur mysterij, quibus ut respondeamus, seruiabimus propositum ordinem. +

Primæ ergo questionis respondeo cum P. D. Francisco Suarez in 3. p. disp. 4. Sect. 4. §. ex hoc enim intelligitur, ante 3. objectionem, ubi in hanc rem quatuor rationes adducit, quas sic copiosius elucidabimus.

Sit itaque 1. ratio. Ideo passioni, ac morti, effusionique sanguinis Christi attribui à D. Paulo vitam, et iustitiam nostram, quasi per antonomasiam, et excellentiam; quoniam hoc opus redemptionis humani generis fuerit precipuum, maximum, admirabilissimum, atque ad satisfaciendum pro debitis, delendisque criminibus accommodatissimum, pluribusque alijs nominibus supra reliquas Christi actiones summe extollendum. Mortem enim immortalitatem emi, quis credidit? Mortuum se ipsum posse suscitare, quis sperauit? Mortem mortem superandam, quis somniauit? Morientem de interfectores suis triumphum referre, eos omnibus bonis spoliatos sub iugum mittere; imo voluntarios suis pedibus prouolutos palmam porrigere, quis non fateatur esse miraculum obstupendum? Iam verò ipsam dominum gloriam pro indignis seruulis, pro capitibus inimicis pati, ac tot, tantisque iniurijs, contumelijs, probris, ludibrijs exponi, tot tamque ignominiosis supplicijs, atque atrocissimis tormentis obijcere semetipsum, excedit omnem humanam credulitatem; nec nisi diuinitus adiuuata mens crederet. Quare hoc dicit propheta Isaias cap. 53. v. exclamat in summo modum. quis credidit nuditati nostro, et brachium Domini, cui reuelatum est?

49.

2^a ratio, quam refert 4^o loco P. Quares, sumpta est ex D. Thoma 3^a p. q. 46. art. 6. et q. 43. art. 2. quod voluerit, inquit, Christus quantitatem doloris assumere, quae esset proportionata magnitudini fructus. q. d. ut explicat Quares, voluisse Christi dolorem pro maximis culpis, et ijs respondentibus penis, per dolores maximos, et penas acerbissimas Suius vite satisfacere, delectationisq; peccati, summum dolorem opponere, ac tandem mortem morte superare. Nihilominus si quis dixerit Christi passionem adequasse secundum quantitatem omnes penas temporales debitas ab hominibus, quae vel remittendae re ipsa fuissent, vel remitti possent; si uniuersi peccatores, excepto nemine, conuerterentur, et ad statum salutis adducti, non facile quidem probarit, (sed pie tamen considerari id queat) et meditando ponderari non sine fructu) Nam qualitas satisfactionis in operibus Christi, non ex ipsorum entitate, sed ex dignitate, quam habebant a persona diuina, seu ab ipsa diuinitate pensanda est. Est itaq; mors Christi mortis peccati exactissime expressa, imo ipsissima imago ad viuum representans, et vite nostrae spiritualis, non solum causa, verum, et super abundantissimum pretium. Quare merito illi tribuitur. 1. Pet. 1. 18. 19. non corruptibilibus, inquit, auro, vel argento redempti estis, de uana uestra conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati. et Col. 1. 14. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum.

50.

3^a ratio inde sumitur, quod in passione, et morte Christi maxime splenderat eius in homines caritas, qui dilexit in finem. i. usq; ad mortem, usq; ad profundendam pro eis cum sanguine vitam. Maiorem autem (ut ipse docuit) caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Gracitas etiam peccati magis apparet, pro quo necesse fuerit tanta perpeti. Gracitas item donum amplius commendatur, ut pluris etiam aestimetur ab hominibus, quibus datum est. Exemplum demiq; Christi tam singulare, tamque ineffabile inuitat, et excitat, atq; prope vim facit, dum potenter trahit ad sui imitationem. sed de his vide Sancti Anselmum lib. 1. Cur Deus Homo cap. 6. et sequentibus.

51.

4^a ratio, quam 2^o loco posuit Quares affert etiam P. Vasquez in 3^a p. Disp. 6. cap. 5. §. ad 4^{am} rationem, ubi autem videtur potissima omnium, maximeq; propria. Diuina ordinatione, inquit Quares, decretum erat, ut tota redemptio in passione, et morte Christi consummaretur; neq; prius reliqua eius opera expiationem peccati consequerentur. Vasquez addit. Itaque Christus dominum sua opera omnia pro nobis Patri obtulisse, ut noluerit per illa redemptionem perfici, donec morte ipsius consummarentur. Supponit hae ratio quod S. Thomas docet 3^a p. q. 34. art. 3. Christum dominum in primo suae conceptionis instanti cum esset homo perfecte particeps rationis adhuc intra uterum virginis matris actu deliberato eximiq; caritatis obtulisse se Patri pro redemptione generis humani; huncq; actum, et sui oblationem semper continuasse per totam vitam usq; ad ultimum spiritum in cruce exsalatam; de hoc vero voluntario actu intelligunt multi doctores, (ut Iustinianus, et Cornelius nostri) dixisse Apostolum Hebr. 10. 10. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem

Corporis Iesu Christi semel. Quoniam ergo Scē Christi voluntas in morte consummata est, atq; perfecta, tunc q; obtinuit suum effectum, ac finem, ideo Christi morti attribuitur nostra redemptio, nostra sanctificatio, nostraq; iustitia; sanguis q; Christi dicitur precium fuisse nostrę vitę, ac salutis; quia per sanguinis effusionem perfecta est, atq; completa integra solutio nostri debiti. sicut qui deberet mille argenteos, non diceretur debitum soluisse, aut redemisse, donec vltimum tribuisset, exoluissetq; creditori: tunc q; diceretur soluisse; quia tunc integrę ac perfectę persoluisset. Est tamen aduertendum opera Christi per se singula tantę valoris, ac dignitatis fuisse, vt satis essent ad totum debitum nostrorum scelerum persoluendum; verum ex voluntate Christi, et ordinatione diuina, vt non nisi omnia simul perfecta sortirentur effectum. quod sic amplius declaro.

+ factum.

Fuit quidem sacrificium omnium maximum, et ad Deum infensum, iratum q; hominibus placandum, propitiandumq; solum potens; quod in crucis ara Christus obtulit. Hoc expiauit omnia mundi flagitia; Hoc dignissime omnium promeruit gratię plenitudinem; Hoc pro omnibus, et pro omnibus sacrificijs, victimis, hostijs, oblationibus, solo caustis vnum extitit, atq; ipsum solum Deo gratissimum, acceptissimumq;. Hoc inuunt tres ab Apostolo sic appositę circumstantię, que in nullum aliud sacrificium congruere possunt, nisi in Christum Dei filium, ex dilectione nimia se tradentem, et offerentem in victimam, et solo caustum suauissimi odoris pro omnibus hominibus. Quod apertius dictum est Epes. 4. 2. Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suauitatis. Igitur cum sacrificium morte perficiatur, mors q; seu mactatio sit veluti tota essentia eius, cum reliqua sint, vel dispositiones, vel circumstantię sine quibus possit constare essenziale sacrificium; Sine fit vt Christi morti quasi agni mactationi meritorium, seu effectus sacrificij tribuatur.

52.

Quęsitum est deinceps, cur loco nominis Christi sit positum nomen filij Dei? Respondeo autem id factum ob varias rationes. 1. vt fidei Christianę dignitas, stabilitasq; indicaretur, que non humano testimonio nititur, sed diuino potius, hoc est, Christi filij Dei, non per adoptionem, sed per naturam, atq; adeo eiusdem essentię, potentię, sapientię, bonitatis. cum patre; cuius testimonio nullo modo potest inesse falsum, nec vllatenus licet refragari, cum sit veritatis infallibilis. 2. vt Christi diuinitas explicata maneret, cum eius esset mors insinuanda: itaq; constaret ex diuinitate Christi mortis dignitatem, et vitalem accedere efficaciam. sic Caietanus. 3. vt inueneretur esse vitam filiorum Dei per adoptionem, que ex fide, et gratia filij Dei habetur.

53

Nam verò cur altera sententia. qui dilexit me, adhibita fuerit, etiam non vna, sed multe fuerunt cause, atq; fines. 1. ex Augustino vt ostensum maneret, non ex merito proprijs, sed ex gratia, et dono, nos viuere in fide, filij Dei. 2. ex Seripando, et Legionensi, vt innotesceret fidei nostrę ex amore Christi filij Dei firmitatem, stabilitatem, et immobilitatem accedere. Amor enim maxime potens est ad fidem concilianam, quod facile probari potest. 3. vt constaret mortem Christi etsi violenter à perreutoribus illatam, tamen sponte susceptam, atq; ex amore, et libera volun-

54.



tate obitam. Etenim ipse se tradidit ad necem, querentibus ipse se permisit comprehendi; quod si ipse noluisset, vis nulla contra ipsius voluntatem quicquam potuisset. Quare et ipsa fuit meritoria; quæ si inuoluntaria fuisset, merito certe caruisset. 4. ut ex dilectione Sac. fidelium affectus erga Christum excitaretur. Amor enim gignit amorem.

55. Tandem, ut veniamus ad tertiam sententiam. Tradidit semetipsum pro me appositum est. 1. ut fideiussoris officium insinuaretur; cuius est proprium libera, et spontanea voluntate se pro debitore offerre, ac tradere; ut debitum soluat, penas ve luat per se, ac in sua persona. simul etiam indicatum esset principium passionis, atq; adeo totam ipsam patiendi rationem ab initio ad metas usq; et crucis obitum voluntariam fuisse charitatis, ac meriti plenam; summa namq; dignitas estimationis, ac precij per passionem accedit, quod sit spontaneè accepta; plus verò, quod sit non aliena; sed propriè vitæ facta oblatio, atq; traditio. Hæc igitur tria, Diuinitas, Amor, et spontanea in mortem oblatio, mirum in modum et fidem confirmant, et Charitatem accendunt, tum vniuersa copulatum, tum separatim vnumquodq; per se consideratum. Quis Dei filio non fidat, et obsequatur libenti animo; qui supra quam optare homo posset, illi queat benefacere; quam intellectu comprehendendi, plus et intimo affectu, et voluntate, paratus sit dare; imo qui iam suo sanguine, ita nos emerit, ita fecerit suos, ut nisi iacturam velit fieri tanti laboris, tanti precij, tam summi thesauri, non possit non nobis omne bonum optare.

56. Vide igitur, et attenta mente considera, o Christiane, quid, quantumq; debeas ei, à quo vitam habes, non minori quam proprii sanguinis precio emptam; ei in qua, qui cum esset Dei filius ex dilectione interna, oblatu est, ac traditus morti acerbissima, abiectionisq; pro te! quis pro quo? filius Dei pro me! Pro vilissimo mancipio nobilis simus Dominus! Pro Dominatione humillimo Deus altissimus! Agnus innocentissimus oblatu est, ut Sircus viuat immundissimus! ut Barabbas latro famosus evadat vinculis, et ergastulo liber; Christus Rex regum inter duos latrones cruci confixus occidatur, ut sceleratus, et perditus ex rigore iustitiæ absolvatur, ac iustificetur; iniuste iustus condemnatur, et iniquissime! ut filius hominis non moriatur, qui dignus erat milles mori, filius Dei aduocatur morti, auctor ipse vitæ. O rem stupendam! nullis unquam satis exgerandam amplificationibus, nullis unquam eloquentiæ viribus facile ponderandam, aut æquis ponderibus librandam inter mortales!

57. Opus passionis, ac mortis dominicæ tam est eximium, tam singulare, tam supra expectationem, et cogitatum hominum; ut vel ipsis, pro quibus patrandum erat, videre tur incredibile, aut potius impossibile. Quocirca Apostoli cum sepe Sac. de re magis trum audirent, non obscure, et æigmaticè, sed apertissime, proprijsq; verbis, ac manifestis loquentem, tamen quasi proverbialiter loqueretur, vel per æigmata obscurissima; in Sic. Commino de re ipsa percipiebant. Sunt illa verba Evangelistæ Lucæ 18. 34. At ipsi in Sic. horum intellexerunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant, quæ dicebantur. Attendite verò rei patrandæ difficultatem, et videbitis propter suam magnitudinem vitam fuisse incredibilem. Non dubium quin templum Ierosolymitanum (illud nempe opus inter mundi miracula referendum, æquius certè, quam

que Martialis primo epigramate celebrauit) certum inquam est fuisse umbram quam
 Dom. ac typum Christi, in quo inhabitabat diuinitas. Col. 2. 9. quia propter sub nomine
 templi locutus est Dominus de suo ipsius corpore Ioan. 2. 19. Soluite, inquit, templum
Soc. et in tribus diebus excitabo illud. Hoc sane impossibile visum est is, qui audierant
 Iudeis, cum de templo illo materiali, ac lapideo existimarent Christum locutum; unde
 subiecerunt: quadraginta, et sex annis edificatum est templum Soc, et tu in tribus diebus
excitabis illud? q. d. incredibile iactas te facturum. Nam, que Sumana poten-
 tia id consequatur? licet ipse Salomon Rex aed. diues, ac potens accersitis exerci-
 tibus hominum copiosissimis rem tantam maxime tam breui spacio perficere vale-
 ret. quid tu vnus homo pauper, et inops? Non miror fuisse visam rem incredibilem
 Iudeis euerionem, et instaurationem templi; dum salam potentiam Sumanam
 respiciebant. sed aio non magis credibilem potuisse videri, nec magis passibilem,
 quam Christus promittebat de corpore suo, si Sumano sensu ponderetur. Tantum
 enim Christus promittebat, ac si diceret. Ecce, comprehendite, illudite, flagellis
cedite, conspuite, dilacerate, crucifigite, occidite, intra tres dies mea virtute resur-
gam viuus, et integer. Hoc certe Sumane rationi incredibile, vti, et impossibile vide-
 batur. quare nec intelligebant, qui audiebant, sed intellexerunt Apostoli post resur-
 rectionem, cum factum viderunt; imo cum aperuisset illis Christus sensum, ut intel-
 ligerent, que fide diuina, non Sumana ratione nitentur. Cum igitur non minus
 opus fuerit, a morte resurgere, quam templum tantis sumptibus edificatum post-
 uersionem in integrum restituere; Soc autem Christus perfecit post crucis necem,
 se sua virtute suscitando, procul dubio opus fecit tantum, quantum nec auderent
 homines cogitare, nec dum exercere. fuit igitur ad hominum admirationem maxi-
 mum, et peccati, atq; miraculorum Christi mirabilissimum, nec minus stupendum,
 quam homo ex Ceti visceribus egressus, ac liberatio. Hoc igitur opus sigillum fuit
 Christi gestorum, ac miraculorum, atq; aed. illi iure optimo totius redemptionis tri-
 butus effectus.

Appendix
 Presentis Thoric

B. ratio Quare, quod in passione, et morte Christi maxime emittit maxime erga
nos amoris excellentia. Unde sic Apostolus exaggerat amorem ex morte libenter
 assumpta. qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me et Ioan. 15. 13. Maiorem
charitatem nemo sciet, quam ut ponat animam suam quis pro amicis suis. et
Ioan. 13. 1. cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fontem dilexit eos. i. vngs ad
oppetendam mortem, ad effundendum sanguinem pro eis. Nec solum Charitas
 Christi in passione eminet, facilius q; emittit; verum et peccati grauitas, magnitudo,
 de, feditasq; patentius, clarius q; dignoscitur; simul etiam diuine gratie altitudo
 plenius hominibus commendatur, vt pluris ab ipsis fiat, atq; aestimetur; atq; ipsius
 Christi exemplum efficacius ad sui imitationem excitat, imitat, trahit. Hec pre-
 ciosa vnguenta, in quorum odorem currere preoptabat sponsa Cant. 1. 3. que ex
 carne macerata, tot passionibus confecta preclarum cognitionis supernaturalis
 odorem efflauerit. De his motiuis Sucus 3. rationis. vide Anselmum libro 1.



cur Deus Somo cap. 6. et sequentibus.

59. 4. ratio, quam Quares. habet 2. loco (et Vasquez potissimum indicat) in 3. P. D. 6. cap. 5. §. ad 4. rationem. Soc est. quod nimirum ita Christus sua opera omnia pro nobis obtulerit Patri, ut tamen noluerit nostram redemptionem per illa perfici, donec morte sua consummarentur. sic enim diuina ordinatione prescriptum fuit, ut nisi effuso sanguine Christi, et morte sequuta precedentia opera totius vitę Domini saluatoris, nec expiationem scelerum sortirentur, nec ius ad gloriam adipiscendam obtinerent. enim verò et non precium totum, quod prescriptum diuinitus erat redemptioni generis humani, omnino persolutum est, atq; in mensa crucis expensum, ac traditum, tunc ea et completa, et perfectè consummata est. Precium verò fuisse Christi sanguinem, frequens est in epistolis Apostolicis, ut patet 1. Pet. 1. 19. Rom. 3. 25. Eps. 1. 7. Col. 1. 14. Heb. 9. 12. 1. Ioan. 1. 7. Apoc. 1. 5. Act. 20. 28. Non solum autem ex vi, et propria ratione precij explicatur Suius 4. rationis robur, et efficacia, sed etiam ex natura, et conditione sacrificij, quod in effusione sanguinis, Soc est in ipsa immolatione, ac mactatione, seu morte consistit. fuit autem Christus dominus maximum sacrificiorum, imo ipsum verum sacrificium, quod in ara crucis oblatum, et immolatum, Deum iure Sominibus consensus, irationisq; placauit; omnia omnium mortalium expiauit, flagitia, omnem gratis dignissime commeruit plenitudinem, et pro omnibus sacrificijs, hostijs, oblationibus, victimis, holocaustis, unum quidem extitit, solumq; proq; omnibus diuine maiestati gratissimum, ut significatur Eps. 5. 2. et probatur Heb. 10. exactissime.

60. In Soc verò sacrificium, et non in aliud tres de circumstantiis appropinque quæ rant, quas tangit Apostolus, dum ait, In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, et tradidit semet ipsum pro me. Solus enim Christus, ut Dei filius ex nimia mi dilectione, sponte sua promptissima q; voluntate se immolandum pro nobis obtulit. Et si hoc sacrificium ad tantum incarnationis in visceribus sacrosanctę virginis matris initium sumpsit, tamen in brachijs virę crucis, consummatum deniq; et perfectum est.

TEXTVS

V. 21. Non abijcio gratiam Dei, si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

Frasm.

Non aspernor gratiam Dei, nam si per legem est iustitia igitur Christus frustra mortuus est.

Alię translationes nihil fere variant
scholia.

61. Non abijcio. hanc ex de T. Augustinus, non irritam facio. Ambrosius, et Pseudo Hieronymus, et Primasius, Non sum ingratus gratię Dei. Frasmus, non aspernor. Aspernari, (inquit Decumenius) est non credere, attenuare, irridere. Vatablus. Non frustra; alij non improbo. Remigius, non repello. s. Thomas, non repudio.



ne ingratum me exsibeo. Caietanus non rejicio, iam acceptam, adde, quod vos facitis servando legem, tamquam iustitiam ab ea speretis, sed credo potius in Dei filium pro me crucifixum, à quo solo expectanda salus. Emphasis hęc est. Non abijcio gratiam Dei, sed legem Mosis. non abijcio gratiam, sed suscipio, et veneror. non abijcio gratiam, sed vos abijcitis, qui legem ad huc retinetis.

Gratiam, beneficium gratis, et ab ipsis vllis meritis oblatum, acceptumq; et summum quidem beneficium; quo maius excogitari non potest, quo constat vita, vita, inquam, gratis, et vita æterna. Dei, dixit, non Christi, ut supra filij Dei, quo magis appareat dignitas dantis beneficium. Dubium esse poterat (ut Adamus videt) an hoc esset novum argumentum, (quo legis necessitas excluderetur, probaretur inutilitas) ab absurdo, et impossibili; quod sequitur manifestè, si dicatur ex lege esse iustitiam; tunc enim frustra esset impensa mors Christi. sed magis adsequendum duco S. Thomę, qui sic agnoscit principalem conclusionem illatam ex superioribus argumentis. quod confirmat Caietanus, quia omnia argumenta hęc tendunt, ut constet ex fide mortis Christi nos iustificari, et vivere. Et negari non potest hanc esse epiphonematicam clausulam, per quam cum acclamatione, et insultatione aduersę partis quodam modo cantatur victoria.

62.

Non abijcio, nec abiectam reputo (ait Lyra) nec aspernamdam duxerim. Abijcit autem (ait Primanius) qui sibi eam solam (i. sine lege) sufficere non arbitratur. Ut qui (ut dicit Caietanus) docet ex operibus legis (siue iudicialibus, siue ceremonialibus, siue moralibus) iustificari homines. siquidem si ex meritis operum, et non ex gratia mortis Christi iustificari querunt. Gagneus, non abijcio, per antiphrasim explicat, i. apprehendo gratiam, uti iustificantem. Mibi videtur ita dixisse Paulum per verbum contrariū, ut tacitè ferret sentientes contra.

63.

Non abijcio gratiam Dei. Nec possum dicere, eam in me vacuam fuisse. 2. Cor. 1. nec illi deero. (Heb. 12. 15.) veluti ingratus. Est verò emphaticè hoc dictum, et plus aliud significat, quam sonat, significat enim se non adserere legi, nec eius operantem pendere, ut pro ea debeat rejicere gratiam redemptoris. q. d. non abijcio, uti qui legis opera, et ceremonias tuentur, et seruandas existimant. Gratiam Dei, pro me mortem subeuntis, cui gratiæ nihil debeo comparare, nisi valde sim ingratus. Quod notat Anterlinensis, Lombardus.

64.

Si enim, rationem reddit, cur non admittat legis ceremonias, nec illis velit adserere; nempe quia illę iustitiam conferre nequeant, ut dictum est supra V. 16. Scientes, quia non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem, scilicet Christi mortui pro nobis, ut declaratum est V. 20. precedenti, ut aduertit Caietanus. Ergo infert conclusionem absurdissimè concedendam. Syllogismus integer sic formatur. si per legem iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est, sed Christus gratis mortuus non est; igitur per legem non est iustitia. ita Hieronymus.

65.

Gratis, i. frustra, sine causa iusta, et idonea. Adamus, sine utilitate, in casum, perperam, superflue. Gratis. Græcè δωρεάν, ambigua vox. nunc significat sine fructu, alijs, sine meritis, sine precio, liberaliter. Christus mortuus est, siquidem actum ageret, si, quod lex per se poterat, aut per opera legis homines assequi poterant, ipse

66.



cum tanto labore, et dispendio conferre voluisset. sed certe, nec gratis mortuus est, nec in vacuum laborauit. Isai 4. 9. 4. sed per ipsum solum gratia iustificans, et veritas facta est. Ioan. 1. 17. ad Soc enim de celo venit, et in terris apparuit.

67. S. Thomas, per hanc propositionem. Si enim etc. dicit explicari modum, quo abijceretur gratia, et homo fieret ingratus, nimirum, dicendo, Legem necessariam esse ad iustificandum. quicumq[ue] Soc diceret, pariter diceret passionem Christi fuisse superfluum; quae tamen pro peccatis omnium hominum oblata est. supponitur, (ut supra animaduertit) Soc reputari à Galatis absurdum. quare et illud, ex quo inferrebatur, similiter absurditatis argumentum. Addit etiam Adamus nemi nem esse tam dementem inter fideles, qui non reputaret absurdum. Recurrit nius ait, erubescencia dignum. Theop[hy]latus, blasp[hem]ia Semiq[ue] damnandum.

68. Sententia Suius versus Soc est. Non abijcio. i. non reputo abiectam, ut vos reputare videmini, legis opera aestimantes, tamquam per eam iustitiam consequamini; et patet vos gratiam Dei abijcere, seu abiectam reputare. Si enim per legem iustitia, contingere potest, (ut vos opinamini) ergo gratis, et sine fructu Christus mortuus est; nec eius mortis merita aliquid important ad iustitiam persequendam; siquidem ea per legem iam habetur, vel haberi potest; Soc quid est, nisi abijcere, seu abiectam ducere gratiam Dei, quam Christi mori nobis commeruit. Negs enim causa erat iusta, atq[ue] idonea, ob quam de celo filius Dei veniret; ut in terra mortem subiret pro iustificandis hominibus, peccatisq[ue] abolendis; si aliunde, ex lege nimirum, sic fructus sperari potuisset.

69. Plena est ista conclusio acrimonia, et valde purgat Christiana corda. quis enim Christi verus discipulus, Christi passionem despiciatui haberi, et parui pendii, atque inutilem duci, a quo, aut peccato animo ferat? quis diligat Christum, et animaduertat se Soc vel imprudenter, incurrisse delictum; et non maxime erubescat? quis fidelis tanta dementia delusus sit, qui, ut audacem blasp[hem]um, atq[ue] hereticum non damnat, atq[ue] detestetur, sic de meritis Christi sinistrae sentientem? Videte in quantas angustias deducantur legis Mosaiq[ue] fautores, et defensores. Existimo ardore nimio exardescentem Soc diuinum Apostolum eloquutum. quare et Petrus eius rationibus assentiens silentium tenuit. vniuersi etiam, qui aderant, conuicti obmutuerunt. quin et dum Soc scriberet, similiter, exarsisse indicat verbum illud plenum stomatico, et amaritudine, quo conuersus ad Galatas eos insensatos vocare non dubitauit, quod Chrysostomus animaduertit.

70. Per Soc (inquit Caietanus) non solum dicta Petro declarauit Apostolus, sed Galatis etiam commostrauit, quam longe aberrarent; siquidem subeuntes seruitutem legalium, gratiam reijciebant Dei collatam per mortem Christi, quam acceperant. Huc usq[ue] contra Petrum locutus est. Paulus (inquit Hieronymus. idem Claudius) deinde ad Galatas reuertitur, ut sequitur in cap. 3. Scripsit S[ed] subdit. De rebus, quae Hierosolymis, et Antiochia acciderunt factenus. In quibus nihil fuisse inter Petrum, et Paulum dissensionis, illud declarat, quod nihil legimus contra hanc Pauli doctrinam à Petro fuisse responsum. confectis igitur accusatorum calumnijs omnibus, ad instruendos nunc, et confirmandos

Galatas sermonem conuertit. Theodoretus. Ex colloquutione cum beatissimo Petro ad Galatas sermonem dirigit, et grauiter indignans increpat illos, scilicet cap. 3. sequenti.

Theoria 1

Non abijciendam Dei gratiam.

Non abijcio gratiam Dei. Hieronymus. Abijcit gratiam Dei tam ille, qui post euangelium uiuit in lege, quam is, qui peccatis post baptismum sordidatur. qui autem potest iuxta Apostolum dicere, Gratia eius in me vacua non fuit. iste, et Soc loquitur confidenter. Non abijcio gratiam Dei. Caue o Christiane gratiam eius abijcias, sine qua uiuere non licet, ne sis ei ingratus, qui sanguine suo in manibus suis descripsit te. Isai. 49. 16. Clauorum acumen libenter sustinens, ne tui unquam obliuisceretur. Dic cum regio uate. Adseruat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. (Ps. 136. 6.) ac mortis tue sanctissime Iesu, in cuius fide uiuo, et spero me semper victurum. o quanta secum affert ingratitude mala? si non aliud, Soc timendum valde, quod sit dicta salutis peremptoria. Amb. non est ingratus Christo, qui in fide eius perdurat, sciens nullius se habere beneficium, nisi diuis, et ad contumeliam eius proficere, si alterum ei comparet cuius auxilium habere non potuit.

71.

Theoria 2

Testimonijs scripture sacre ostenditur Christum non sine causa mortuum fuisse.

Nemo (ait Hieronymus) quantumlibet habes sit, dicere audebit gratis, ac sine causa mortuum esse Christum: tamen non sine causa aliqua. Sic referre possumus, que rem certam illustrent, clarioremque efficiant, desumpta ex scriptura. Et propterea valde insigne testimonium est illud Isai. 43. Versu 24. 25. Non emisti mihi argento calamum, ut fumo eius odorifero coleris, et adipe victimarum tuarum non inebriasti me. nam sic sacrificia, et hoc cultus minimè exegi à te: quippe que peccatis delendis non erant idonea, nec sufficere poterant. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, prouidisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. quoniam pro ijs delendis, et te liberando triginta annos sub forma serui existens varios labores pertuli, donec tandem flagellis cesus, opprobrijs plenus, spinis redimitus, doloribus exagitatus, clauis transfixus, in ligno acerbissimam mortem sustinui. igitur, Ego sum, ego sum ipse, et non alius. non Moses, aut Aaron, non opera legis, aut sacrificia, quid deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor. Propter me, inquit, qui misericors sum, nam exte quid erat, quod excitaret nisi miseria? Huic loco potest respondere in nouo testamento illud Ioan. 1. 29. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

72.

Est etiam egregius ille locus Malac. 1. 10. 11. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, et murus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis, usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda. Non placent Deo bobes, aut Sirci, sed mundi hostia corporis, et sanguinis Christi, qui pro omnibus in ara crucis oblatus est. cuius in morte mortua lex uetus cum suis operibus, caeremonijs,

73.



Judicij, atq; p̄ceptis, abrogata sacrificia, quorum in locum successit eucharis-
ticum sacrificium, quod in remissionem peccatorum quotidie offertur in toto
orbe, et per sacramentum assumptum omnibus surmentibus vitam dat. =
Huic loco respondere potest in nouo testamento illud Luc. 22. 29. Hoc est
corpus meum, quod pro vobis datur. et versu 20. Hic est calix nouum testa-
mentum in sanguine meo, quod pro vobis fundetur. Marci 14. 24. De san-
guine sic; Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.
Paulus de corpore 1. Cor. 11. 24. sic. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tra-
ditur. quæ loca de sacramento altaris intelliguntur, licet communiter
à Theologis illa verba, datur, traditur, fundetur, effundetur referri so-
leant ad sacrificium cruentum, tamen noster Maldonatus de eucharis-
tia explicat, et validè probat. Pro Soc placito etiam stat Alcazar Apoc. 5. 6.
sed cum eucharistia sit sacramentum mortis Christi rememoratiuum,
ad p̄sens institutum quouis modo efficax est probatio.

74.

Testimonia etiam sanctorum ecclesie Patrum Sũc multa possemus
accersere; sed pauca sufficient. S. Cyprianus Martyr sermone de passione,
Cum originali, inquit, morti, nullum nisi in Christi morte potuerit essere
medium, nec reconciliare Deo potuerit exules, et damnatos quolibet obla-
tio, nisi sanguinis Suius singulare sacrificium est. et sermone de ratione
circumc. Nec poterat, ait, vlla ratione illa absolui damnatio, nisi morti omniũ
vita in omnium subueniret, et pro generali morbo gratia Dei singulare pro-
pinaret antidotum.]

75.

Leo Magnus sermone 12. de passione. Dicant, inquit, quo sacrificio
reconciliati, quo sanguine sunt redempti? quis est, (vt ait Apostolus) qui
tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavi-
tatis. Ips. 5. 1. Patet igitur non frustra mortuum fuisse Christum, sed vt
nos iustificaret, quod legis sacrificia, oblationes, et hostiæ minimè poterant.]

76.

Ambrosius, si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mor-
tuus est? nihil, ait, tam apertum; quia si per legem potuisset homo iusti-
ficari, Christum non oportuerat mori; neque secundum mortem detrium
p̄bens expoliare captiuos, quos tenebat causa peccati. Idcirco Christus =
mortuus est, vt ea prestaret, quæ Lex non poterat, ac per hoc non gratis
Christus mortuus est; mors enim eius iustificatio peccatorum est.]

Theoria 3. in V. 19. 20. 21.
Quorum sententia exemplo apposito
Declaratur, et illustratur.

77.

Exemplo potest explicari ratiocinatio, qua Sũc vltimis versibus capituli se-
cundi vsus est Apostolus ad persuadendum per fidem Christi, et non per
legis opera iustitiam animæ esse querendam. Illud itaq; ponendum est,
quod satis est credibile, fuisse in tetro, et obscuro loco carceris mancipium
Assistentis Hispalensis ab ipso met domino per publica instrumenta, in
nominiosa morte mulctatum, damnatumq; de homicidio, quod proditoriè

commisit. Hunc verò adueniente principe Hispanie qui expeditionem parabat ad Indos, ut nouum regnum armis compararet, à custodia liberatum, et in militem delectum, ut principi in bellica illa expeditione deseruaret. Cuius conditione militie adscriptum, ut omninolibet esset, non solum à pena mortis, quam meruerat, quagò publica sententia fuerat condemnatus; verum etiam quouis alio debito. Insuper addita spe, per principis, vel tacitam, vel expressam pollicitationem, post belli finem, si strenuè se gessisset, propter præclare facta magnis premijs ipsum donatum iri; nec modo equestrem ordinem consequitur; sed titulo etiam Ducis, atq; honore in nouo regno cum principe futurum. Hoc posito non est dubium, quin hic dicere verè possit. Ego quidem Assistentis mancipium fui. verum ex quo per Assistentem Dominum meum morti adiudicatus sum, ipsi iam mortuus sum; nec ille ius amplius in me habet, tamquam in seruum; nec ego illi teneor inseruire; sed ut deinceps regi meo viuam, illiusq; mandatis obtemperem (que mea magna felicitas) in militem sum delectus, principis militie adscriptus, atq; ad eius expeditionem designatus. En uiuo, non iam ego ille, qui fueram seruuli in ministerio, non ille sordidis muneribus mancipatus, non ille morti adiudicatus; sed aliter omnino, principis miles, liber, et immunus ab omni seruitute, et mortis sententia; en ipse princeps in me uiuit; nam quam nunc vitam uiuo in Sac milita, per ipsum Sabeo; ipse assumpta expeditione, et bellisese laboribus tradendo effecit, ut ego, qui mortis eram reus, vitam, quam amiseram, recuperarem; et nunc in fide eius vita uiuo, ut milita absoluta, et parata victoria, (de qua me certum facit principis summa potentia, et insignis liberalitas, atq; amor in suis) sperem me summo in honore, et Ducis titulo insignitum in eius curia futurum. Cum igitur vitam cum summa dignitate, et gratia adeptus sim à meo principe, filio regis Hispanie potentissimi, et tantorum regnum herede certissimo, quid? Abijciam ego gratiam tanti principis? cumq; ingratus deseram, ut iterum mancipium fiam priuati cuiusdam equitis olim Hispani Assistentis officio fungentis? si ab illo ego spero vitam, cuius sub imperio, et cuius sententia publica perditam habui; neq; ego miser sum, et ingratus proditor, qui frustra tot labores susceptos uelim à meo principe; qui non ut sibi, sed mihi regnum acquireret, laboriosam, et arduam expeditionem delegit.

Manet ex collatione Assistentis cum lege, mancipij cum peccatore, principis cum Christo; militie, seu expeditionis cum passione, et morte filij Dei satis aperta, et clara Diui Pauli aduersus Iudæos, et quosuis alios legis propugnatores argumentatio. Lex me morti adiudicauit, nec ullam uim habet vitam dandi, aut reparandi; Christus filius Dei à morte me exemit, et vitam dedit; nec hoc solum, sed debitum mortis, quo etiam ego astrictus, ipse sua morte persoluit; Socq; nimia commotus erga me charitate fecit; insuper et eterne uite pignus suam fidem, et gratiam dedit; quid ergo necesse est, ut faciam? mortem iterum amplectar? Demens sim. tantam Benefactoris Dei gratiam contemnere, et abiectam pedibus conculcabo? neq; ego, non iam infelix, ingratus, proditor, impius homo, sed immanis fera, monstrum ingens, Demonis satelles, et inferni seueratissimus associatus fuerim nominandus.

Digressio
De passione Christi Iesu filij Dei.



Smaragdus gemma articuli quarti. i. passionis, et mortis Christi symbolum est. Apoc. 21. 19. cuius si proprietates notare volueris, quæ diximus de Christi morte non sine spiritus dulcedine clarè intueri, et equalance ponderare, et tanti pòderis beneficio animaduerso, tamquam ad motis tædis ardentibus, in Domini saluatoris amorem succendi facile poteris. Græcè σμαγάδος, Latine smaragdus. Hebraicè Barequet, ab splendore, seu fulgore dicitur, ut sit hæc gemma quasi fulguratrix, imo fulminatrix; quod nomen, et Legioni quondam Romanæ datum fuit, ut vis eius, et potentia insinuaretur. Atq; aptè conuenit eiusmodi nomen clatura filio Dei in Sumanitate patienti? qui = splendores? quæ fulgura, imo quot fulmina mitti, vibrariq; ex illa Sumanitate visa sunt? Numquid non tibi videatur veluti fulmine tactos illos, = qui ad comprehendendum Christum exierant in sortum, subito ad terram allisos corruisse? ad unam vocem illam Ego sum, quæ velut tonitruum ex nube ab ore Christi processit? Numquid non Sallucinatos dicas eosdem satellites, magistratus, milites, cum tanto splendore diuinitatis, qui effulsit in restituenda auricula seruo Pontificis nihil omnino, ut benignius agerent commoti sunt? Quid cum interrogatus à summo Pontifice Caypso in concilio, an esset Dei filius, non ne fulgurare, ac fulminare visus est. Nubes sacræ Sumanitatis; dum intonuit terribilis illa vox, Ego sum. Amo do videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli. quod responso, et ipse summus Pontifex, et ceteri, qui aderant in concilio, sensum præ stupore amiserunt. Aliter minimè instar amentium ad alas in os sanc tissimum infendas sese conuertissent. Huius smaragdi fulgura illuxerunt Petro post negationem tertiam, ut suum scelus agnosceret, et defleret. Eadem conturbauerunt Iudam proditorem, ut pecuniam deponeret in templo, et sese suspenderet in patibulo. Eadem etiam Pilato timorem saepe incusserunt, ut innocentem, ac iustum, quem per inuidiam delatum, atq; insimulatum videbat, vellet dimittere. Eadem lamentatione, et fletu prosequentes feminas deterruerunt, dum cruce Summis imposita ad Caluariæ montem crucifigendus Dominus ducebatur. Eorundem fulgurum splendor et latronem conuerterunt, ut paradysum ex cruce raperet, et Centurionis oculos illuminarunt, ut eum, qui ita constanter passus fuerat tam insignes cruciatus, etiam iam moriturus tam grandi clamore deposuerat animam in manibus Patris, filium esse Dei clara voce confiteretur. Quid plura? quanta, Deus omnipotens, fulgurum, fulminum, tonitrorum tempestas illa fuit, cum spirante in cruce Christo terra mota est, lapides scissi, velum templi à summo usq; deorsum si laceratum, sepulchra aperta, mundus tenebris oppletus, mors victa, demon exterminatus, mortui demig à vinculis inferni Liberati? fulminabat nempe smaragdus. si verò fulminare, ac fulgurare Dei opus est; quis dubitare queat, tot fulgura, et fulmina in passione Christi visa indicasse, ac demonstrasse illum, qui, ut homo patiebatur pro hominibus, fuisse filium Dei; qui, ut iisdem vitam daret, homo factus mortem subiit voluntariam! Ergo non

§

immerito Apostolus, qui supra fidem Christi, dixit. Sic loco, non Christi, sed filij Dei dicere maluit, ut Christi dignitatem, atq; potentiam, quæ in passione conspicitur, explicatius, atq; illustrius indicaret.

Smaragdus viridis gemma, ideo oculis maximè gratus, iucundusq; eius aspectus. =
Herbas, ut ait Plinius, quidè spectamus virentes, imò supra omnem pulchritudinem.
unde Eccles. 40. 22. gratiam, inquit, et speciem desiderabit oculus tuus, super herbas au-
tem virides sationes. At libentius, ait idem Plinius, smaragdus ad spectamus, quoniam
nihil omnino viridius comparatum illis vires, soli q; gemmarum contuitu oculos im-
plent, nec satiant; quin et ab intentione alia obscurata smaragdi aspectu recreatur
acies: scalpentibusq; gemmas nulla alia oculorum refectio est: ita viridi lenitate
lassitudinem mulcent. In hoc certè Christi passio, morsq; smaragdi simbolo de-
signata est. Nam quid ad spem alendam viridius? quid ad solatium afflictorum so-
lidius? quid ad lætitiā excitandam merentium? quid lassescens lenius? quid
è desperatione surgentibus gratius? Labores, agritudines, anxietates, aduersitates
omnibus passim occurrunt. Nemo autem est, qui non aliquam desideret animi, aut
corporis iucunditatem, qua recreetur, reficiaturq; et animus, et corpus à morbi ærumne
ve lassitudine. Amens profecto, qui alibi nisi in memoria, et recordatione, iugique
meditatione Christi patientis querit. Huius smaragdi aspectus solus potest angores
tollere, agris mederi animis, aduersis in rebus solatium præbere, à sollicitudine avocare,
ad expectationemq; omnis boni traducere.

80.

+ potentius?
quid defatigatis
animis iucundius?

Age dum, tristitiam ut deponas, egredere ex umbra, tectorum mæsta relinque, in
campum prosili, spaciare per viridantes agros, amenitates sortorum, fluminum, colli-
um, vallium, montium, arborum, intuere, passe oculos varietate sationum, plantarum,
florum, fructuum; nihil sorum, et si ad soram emulcere aciem oculorum valuit; tamen
intus merorem rodentem viscera, medullasq; exedentem auferre, aut prorsus evellere
minimè valuit; oculos in altum tolle, cælum conspice exsilaratus es aspectu iucundissimo.
penetra in ipsum Empyreum, et quod non potes oculis, animo ipso contemplare agmina bea-
torum angelorum, et sanctorum perpetuò lætantium, et collaudantium summum crea-
torem, qui illos felici suo aspectu beatos facit, et per æterna secula faciet. Non du-
bito recreasti animum, ut aduersam tolerare fortunam æquamiter possis; verum si sæ-
leratua te angent, si conscientia tua deterioris vite pungit, si depræuata consuetudo vi-
tiorum, et ex ea crebri casus exulcerant animum, et deijciunt, quid facias? quam me-
dicinam adhibeas? quem statum teneas? ad quod asyllum, arcemve confugias? ad Chris-
tum patientem animum, memoriamq; conuerte; in illum serio, ac sapius mentis
aciem intende; eius imitandi voluntatem suscipe. En tibi, qui quid optare possis, inuentum
est. Audies confestim intus in corde intonantem illam dulcissimam vocem Domini, ac re-
gis tui è cruce pendentis; venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego re-
ficiam vos quæ ista refectio? Passionis Christi meditatio, tam præsens, tam seria, tamq;
viva, atq; in viridi smaragdo induitur, sub viridis specie thronum Dei circumuentis. =
Apoc. 4. v. 3. Imò ut in sacro sancto Iesuaristiq; mysterio sub vini, et panis speciebus quo-
tidie in templis representatur catholicis. Unde, inquis, tanta vis passionibus Christi, ut
earum recordatio leuet angores, leniat lassitudines, mulceat animos, et omnem prorsus

81.



82.

mestitudinis radicibus causam evellat. smaragdus est virorem spei accendens, splendidiissimos amoris fulgores irradians.

Charitatis duæ sunt partes, Misericordia, et Beneficentia. Sæc in beneficijs conferendis, illa in auferendis, subleuandisq; miserijs cernitur. Vtrumq; præstitit cum latissimè smaragdus Christi passionis; in qua magnam misericordiam, et insignè agnoscimus beneficentiam filij Dei. A quo ex miseria peccati ad vitam gratiæ suavius smaragdi virentis vi, et Christi patientis fide, spe, et amore translati sumus. quid dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Nam nisi dilexisset, minimè se tradidisset, ut notavit Richardus de S. Victore Apoc. 1. dilectio itaq; quæ ardebat intra vis cera, eò adiecit sanctam humanitatem, ut se se ad mortem traderet prudens, ac libens

83.

Vnde contemplari licet Christi humanitatem passionis suæ cursum aggredientem, seu stadium ingredientem, currentem, consummantem, instar equi generosi, qui regentem vesat amorem. Nec sit tibi absurda, aut vilis similitudo, et comparatio, cum et Ceruo sponsus sacer comparatur, et Capree. Cant. 2. 7. Nam et Psal. 10. 3. Apostoli equo comparantur ad bella properanti, et deo gloriam conquirituri. si ergo amor diuinus hunc dirigit equum, qui d' mirabile non effecerit. quas difficultates non superauerit. quos montes subire recusauerit. quæ prærupta viarum saltu non vicerit. quæ flumina non, etiam natando, traiecerit. o amor Christi! si tu humanitatem tuam impellis, si tibi stimulo pungis, si misericordie, et beneficentiæ calcaribus adigis. si Sabenis obedientiæ, atq; patientiæ gubernas, si ephipio nuditatis, atq; humilitatis conuestis, si gloriæ diuinæ tintinabulis phaleratam ducis, quid pertimescat. quid refugiat. quid non adoratur. quid non patitur. sponte se dat in manus comprehensorum. suadet amor, vincula collo, manibus, et medio corpore suscipit. nectit amor. Pontifici sistitur; sistit amor. Alapam sustinet; impingit amor. sputis ora, colaphis caput, vili operimento oculos fœdatur, vulneratur, obtegatur. id quoq; ut fiat, facit amor. Amor exponit irrisionibus; amor ad iniquum, ac timidum presidem deducit; amor ad regem mittit superbum; amor postponit vitæ autorem perditio homicidæ. quid plura? amor ad crucem exposcit populari clamore; verberibus dilacerat per seuos, crudosq; lictores; spinarum terebrato capite aculeis, in publicum totius populi conspectum educit; ad crucem iterum clamoribus expetit; lignum graue super lassos humeros imponit; per iudiciariam viam sudore, sanguine, puluere, squallore, macie, sordidato, et defatigato corpore traducit; ac deniq; mortem conscendere cadaueribus, atq; ossibus sceleratorum infamem, ibiq; in crucem ~~sum~~ humanitatem sublatam extrema perpeti cogit. Amor quidem tui, qui in pectore ardebat filij Dei, humanitate prote induti, Sæc omnia o homo, prote, inquam, executus est. Nam, nisi amor, quis putas tanta valeret potentia, ut Dei filium dominum vniuersi, conditorem mundi, tam iniqua, et acerba in patibulo sustinere compelleret?

84.

Vis tibi Sæc etiam scripturæ sacræ testimonia comprobari, et demonstrari. reuoca in memoriam ferculum à salomone. Cant. 3. 7. sibi ipsi elaboratum, et effectum ex preciosa materia, mirabili artificio, ex lignis, inquam, libani odori feris, et imputribilibus, columnas fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum



purpureum. Christus Iesus sic describitur, nam Cedrus ligni Libani significat corpus
 Humanitatis, quod utiq; sanctum non vidit corruptionem. Argentæ columinæ animam,
 quæ vigorem, et vitam dat corpori, suaq; vis sustinet; Aureum reclinatorium, diuini-
 tatem, seu Verbum diuinum, quod suppositum erat Humanæ nature; Ascensus
 purpureus, siue descensus passio est. Hæc fuit veluti curulis, ac regia sella, seu
 lectica, vel currus genialis, quo vectus est, non Salomon ille filius David, rex Is-
 rael, sed qui in ipso adumbratus est, rex pacificus, Dei filius, non omnino palam,
 sed, ut dicitur, coopertus, ut solent magni principes in publicum simulato
 Sabitu (Hispanè condisfies, v. disfrabados) prodire, ut olim Iacob se operuit
 benedictionem impetraturus. Gen. 27. 16. si verus Iacob, verus q; Salomon, alie-
 no opertus integumentis, in similitudinem carnis peccati (condisfies de peccato)
 in terris visus est, Sabitu inuentus ut homo, cum hominibus conuersatus est, formam
 serui accipiens. pro seruis Dominus in crucem sublatus est. At quomodo in sanc-
 tuem prodijt filius Dei? in lectica Humanitatis. Hæc fuit eius currus genialis, in
 quo ad sponsalia in cruce celebranda cum sponsa ecclesia sibi dilectissima vectus
 est. At quonominè appellauit Salomon Suius Lecticæ, currus ue sessorem, atq; recto-
 rem? media, inquit, Charitate constrauit, propter filias Hierusalem. q. d. medi-
 um Suius sedis occupauit amor hominum. Ergo Dei filium in Humanitate apparen-
 tem Amorem nuncupauit, nec frustra. Deus enim Charitas est. Alij sic, medium
tenet ipse accensus amore. sed quis amor iste? diuinitatis, ne, an Humanitatis? de
 amore Humanitatis loquimur. Sic; et sic est in lectica preciosis ex lapidibus effictus
 nihilominus amor diuinitatis simul aderat, qui est ipse Deus, animas verò homi-
 num filias Hierusalem dixit, quod ideo sanguinis Christi precio sunt redemptæ, ut
 celestis Hierusalem ciues fiant.

Intimum, siue interiora. i. interiorius lapide stratum precioso, nimirum Pyropo,
 seu Carbumco (ut ex Hebreo intelligitur, et Martinus del Rio probat) effigia-
 tum amorem propter filias Hierusalem. Cald. Paraph. interpretatur maiestatem
 Domini sedentem inter Cherubin supra propiciatorium. Vides igitur intracur-
 rum Humanitatis vectum amorem, atq; ad eò cordi ipsius dominantem, imperan-
 tem q; ex intimo hoc solio externas actiones.

Si vis nosse quo properat Ascensus lecticæ purpureus non muricis, non con-
 chilib, non vermiculi, sed immaculati agni tinctura, sanguine q; rubescens, non
 obscure declarat. Proprio enim cruore sui corporis verberibus laceri, duris acu-
 minibus, et clauorum, et spinarum transfixi, sacra illa Humanitas in passione
 perfusa est. Properat itaq; festinus amor ad palmam crucis, in quam, si tu quq;
 vel lento ascenderis gradu, Christi Humanitatem dabitur complecti, et exoculari
 reuerenter. quo in osculo pacis, et Charitatis spirantem senties suauissimum fla-
 uorem amoris, qui et vitam tibi valeat abeuntem restituere. Audi sponsam, quæ te
 representat. Cant. 7. 8. Dixi ascendam in palmam, crucis nimirum, et erunt vbera
tua sicut botris vineæ. quid amplius? et odor oricutui sicut malorum. Cui mala sig-
 nificant, nisi amorem? id notissimum. Ergo os Humanitatis spirat odorem amo-
 ris ex cruce palma; hoc enim illa septem verba præferebant, quæ Christus

è cruce protulit. singula enim si recte perspicias amorem spirant, amorem sapiunt, amorem sonant, odorem emittunt amoris, et dilectionis eximie, orat pro inimicis, latroni donat paradysum, matrem pietatis ergo discipulo commendat. Deum Patrem interpellat, sitit animarum conuersionem, consummat descriptas passiones: Patris in manibus animam ponit. Nonne septem hęc voces vocalem ostendunt amorem, qui intus latens, foris auditur, per labia, nempe, Humanitatis, et loquitur, et vim suam notam illustrem q̄ facit?

86.

Smaragdus fulgore terret, colore mulcet, sed se ipso viuificat. diximus de prima, et secunda proprietate, restat, vt explicemus, et accomodemus tertiam. Est itaq̄ gemma hęc virtutis maximę. Albertus Magnus, Abulensis, Berchorius, Vincentius, alijq̄ de gemmis disputantes Smaragdo Sanctarum dem attribuunt, vt dicant ijs, qui secum ferunt mirabiliter accidere, vt sorcidas, ac turpes actiones auersentur; Demones procul exterminatos fugent; ipsi verò locupletes facile reddantur; ac demum quicquid volunt mira vi dicendi persuadeant. Hęc fortassis hyperbolicos, seu per exaggerationem dicta sunt; verum negare non possumus, quin ea mysticè in Christi domini passionem conueniant. Tantę enim virtutis est Christi patientis cogitatio, vt ea quasi lucis speculo impacto tenebrarum potestates statim terga vertant. omnes imagines feditatis, actus pituidis dissipatq̄ evanescant. Diuitias regni colorum, quę solę verę sunt, nullo alio precio quam imitatione ruditatis Christi, quę in cruce summa fuit, comparari non est dubium. tam verò quantam vim, quantam efficaciam, quantam energiam ad persuadendum habet, qui Christum prædicat crucifixum; Hęc tota scientia dicendi in Apostolo Paulo: ex hoc fonte uniuersa manat vis eloquentię Christianę. Unde ò si mihi detur bibere ad satietatem! nę ego domo sim felicissimus, et quidquid optaui, certus sum dicendo me consequiturum, ac per suasurum.

87.

Sed est præterea in smaragdo illa vis supra reliquas plurimi aestimanda, quam peritissimi artis medicę attestantur, qui smaragdum aduersus mortale venenum præsens antidotum esse sciunt; quo circa omnibus remedijs ad vitam conseruandam, vel mortem pellendam opportunis, quo plus obtineant virtutis, et roboris, iubent smaragdi pulueres immisceri, etiam ei confecturę, quę ex Hyacinthis fit, et primas in medica arte habere putantur; quo perfectior fit, et virum plus nanciscatur. smaragdi pulueris plusculum adiungendum curant. Quid ò Heteri, ò Christi fideles, quid de Christo patiente magis ad rem afferri, diciq̄ potest! tradidit semetipsum pro me; nimirum vt antidotum haberemus contra peccatum, et mortem; medicamentum salutis, pharmacum immortalitatis. Varia quidem, et multa nobis ecclesia mater suppeditat remedia, quibus et egritudini mederi flagitiorum possumus, et animorum sanitatem recuperare queamus. Præstò sunt nobis septem illa sacramenta diuinitus instituta, quasi septem fontes viuificantis gratię, et salutis æternę comparandę instrumenta potentissima. sunt etiam in promptu plurima pietatis opera, sacrosibilia, diuinę ceremonię, quibus si rite, recteq̄ vtamur, facile occurrere tentationibus inuisibilibus hostium, depellere ictus, et tela nequissimi ignea extinguere, morbis ex contagione originalis macule reliquis medicinam adhibere, et quocumq̄ vitę animę inimica sunt, vincere, ac superare possumus; verumtamen nullum horum spiritualium medicamentorum,



nisi ex passione Christi acceperit, vim ullam, aut efficientiam habet; si igitur ieiunia, =
 precēs, eleemosynam, si corporis afflictiones, sensus proprii abnegationem, pias actiones
 et vniuersa bona opera, quae sanctitatis sunt indicia, et argumenta, tibi prodesse, atq[ue]
 ad animi salutem momentum, et pondus habere velis, necesse est, vt ex mystica smarag
 do, nempe ex passione Christi virtutem obtineant. nam abq[ue] smaragdi spiritualis pulue
 re, nulla spiritualis medicina valet, aut in precio est.

Si quaeras, quam ratione smaragdus spiritualis de qua loquimur, redigatur in pulue
 rem, quo ue modo in cibum queat aptari, et confici, vt imitar medicamenti, aut confecturae,
 ore sumatur, et deglutiatur gutture, traiciaturq[ue] in stomachum? Respondeat ipsemet de se
 ipso per os regis vatis suam passionem multo ante pronuncians, quam accidisset. Si s
 verbis Ps. 21. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Inte proiectus sum ex utero, de ventre matris meae Deus
meus es tu, ne discesseris à me. Hec considerare licet Christum dicentem in sortu expectan
 tem iam iam appropinquantes comprehensores. Addit itaq[ue] cur sic Deum Patrem imploret.
 quoniam tribulatio, inquit, proxima est, et non est qui adiuuet. Omnes quippe discipuli
 eo relicto fugerunt; circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Apeue
 runt super me os suum quasi leo rapiens, et rugiens. Hoc impletum est cum à Caypha
 cum concilio reus mortis pronuntiatus est. sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt om
nia ossa mea, factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei. Aru
it tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis, et in puluerem mor
tis deduxisti me.

88.

Nonne vides mysticam smaragdum .i. Christi humanitatem per varia tormenta eò
 peruenisse, vt aperte fateatur se in puluerem v[er]g[ue] redactam? Quod si tropicam, nò infi
 cior, Sanc loquutionem, et per puluerem mortis, intelligi queat, sepulchrum in puluere.
 Hoc est, subtus terram defosum, quo mortuum Christi corpus illatum est, tamen saud
 in casum eo tropo vsus est spiritus propheticus. Verum vt mysticos smaragdi pulueres
 in memoriam adduceret, quos ad medicationem spiritualium egritudinum, et vene
 natorum morsuum curationem adhibendos curaremus.

In quo iam cogitare, et expendere par est, quam prouidus Dominus extiterit Iesus,
 qui antequam pateretur sacrosanctum instituit corporis, et sanguinis sui sacramē
 tum, vt sub speciebus panis, et vini comedi, et bibi posset ex suo corpore, et sanguine
 confectum antidotum, quo mors arceretur, vita redderetur sumentibus dignè, et
 laudabiliter. Commendat sponsa Cant. 5. 14. manus sponsi tornatiles aureas, ac
plenas Syacinthis, tamquam qui in manu, atq[ue] in promptu habeat flagitiorum ve
 niam quam Syacinthinae gemmae symbolum adumbrat, vt pote vndecimo fidei
 articulo assignatq[ue]. Apoc. 21. 20. sed quis dubitat quemadmodum ex Sumeris in
 manus, ac digitos spiritus per arterias, et sanguis per venas descendit, vt nutrian
 tur, viuant, moueantur; ita etiam ex smaragdis, quae Sumeros ornant Summi Pon
 tificis Aarōnici, ad Syacinthos, digitorum virtutem traduci, et communicari, hoc est
 ex passione, et cruce, quam Christus pertulit, Sumerisq[ue] portauit, eam virtutem di
 manare, quae in sacramento penitentiae ad remissionem peccatorum, atq[ue] ad
 vitam spiritualem reparandam, restituendamq[ue] conceditur. Quinimo vt con
 fectura Syacinthina utilior, atq[ue] vitalior fit admixtione smaragdi, vt iam

Degressio de Passione Christi

ante diximus. Ita, quæ in sacramento confessionis gratia datur per eucharistiam, quod omnium sacramentorum est maximum, ut pote re ipsa continens gratiam aut solem, et vitæ datorem, non solum augetur ipsa gratia, sed etiam si casus accidat, qui solet accidere, mortuo accidenti vita redditur, et viuenti conseruatur.

89.

Hinc collige primum, cur seipsum, et non animalium, ut in veteri lege capta in victimam tradiderit Dei filius pro homine; scilicet quoniam nulla res mundi, nulla hostia, nulla oblatio etiam vituli nouelli cornua producentis, et vitæ gubas, vim habere poterat ad tollenda peccata, mortem auertendam, et vitam reparandam, mortui peccatoris. Heb. 10. 4. Impossibile enim est sanguine taurorum, et hircorum auferri peccata. et sola autem ad hoc prestandum Christi passio sufficientissima, et potentissima erat. Unde sequitur in Paulo, quoniam hostias, et oblationes, et solo cautamata et pro peccato noluit, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur; tunc dixi, ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi, qui (ut prius dictum est) non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem intriuit semel in sancta.

90

Deinde colligo quantum excedat precium solutum à Christo debitum peccati, quo liberatus est homo, nimirum, quantum distat Deus ab homine, creator à creatura, Dominus à seruo, hoc est infinitum interuallum; nam precium est filius Dei, qui tradidit semetipsum; debitum autem est homo, siue peccator; hoc significatur illo oblatiuo pro me. Itaque valde notanda est antithesis seipsum pro me, quæ pro quo. Pulcherrimum pro fedissimo, pietissimum pro impiissimo, principem regum, et imperatorum pro vernaculo vilissimo. Denique Dei filium naturalem unigenitum beata vita fruentem pro terræ filio degenerere; numerum implere, et fruges consumere nato. ut quidam ait, nec inepte. Non ergo hyperbolice, sed verè appellat Apostolus Dei caritatem nimiam, et supereminentem scientiæ caritatem Christi. commendat absque dubio, et illustrat, notamque ac nobilem facit (quæ vis est Græci verbi ουις ηοι) Charitatem suam plusquam dici, nedum ponderari valet, et Deus pater, et Deus filius, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est. Rom. 5. 8. Moyses Aethiopiæ adamasse legitur Num. 12. 2. Rex miraculi instans, ut Rex atro colore feminam sibi in sponsam deligat, eam que unice diligit. sed maius miraculum fuit Dei filium peccatrici atroce scelerum nigranti animæ suum amorem, suam vitam, hoc est, seipsum impendisse.

91.

Ad extremum adnota, quam immane sit nefas, siue tanto beneficio non modo debita animi significatione non respondisse, sed spreuisse potius, ac pro nihilo duxisse, instansque velleque immunde pedibus subiecisse, et conculcasse preciosissimum margaritum, thesaurum infinitam, smaragdum, non scythicam, quæ ceteris præstantior, sed celestem, ac diuinam, cui nulla est digna comparatio. si irritam quis faciens legem Moysis (inquit Apostolus) absque ulla miseratione, duobus, vel tribus testibus mortuus, quanto putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit. (voluntariè peccando) et sanguinem testamenti pollutum. (Græcè κολοῦν i. immundum, communem, quasi nihil differat à communi, ita 1. Cor. 11. 19. non diiudicans corpus domini)



Duxerit, (ac pro nihilo habuerit) in quo sanctificatus est, (cum à peccatis ablutus et vitæ redditus est in baptismo vi sanguinis sui), et Spiritus gratiæ (Sanc abiciens) contumeliam fecerit. Is nifallor Dei filium conculcat, qui eius negli- git precepta; sanguinem testamenti, quo sanctificari debet in eucharistia parui pendit, qui ad peccata reddit non considerando precium suæ redemptionis, sed benignitate, et pa- tientia redemptoris abutendo; ex eaq; fiduciam, dicam melius presumptionem, sumen- do iterum, iterumq; sese ceno immergit delictorum, et male actæ vitæ laqueis irretitus in eo diutius permanet; inno ad mortem usq; permanet. Spiritum sanctum verò gratiæ con- seruatorem iniuria afficit, quantum de se est, qui tantum sospitem e' domo eicit, et redire- volentem portis repellit obclusis.

Quicumq; eiusmodi est ingenij, et conditionis, illum ego in eorum numero, qui Chris- tum tradiderunt locandum arbitror. Nec enim minori se flagitio maculat, qui iterum quan- tum de se est, cruci parat affigere. quoties ergo peccas voluntariè, Soc est, de industria seu sciens ac prudens ultroq; sponteq; non ex imbecillitate, aut infirmitate virium, sed malitia potius, et peruersitate male assuetæ, nunquam cosibitæ, desidia incitatæ naturæ, illud tibi dictum existima, Luda osculo filium hominis tradis? Nam quid aliud sit Christi Discipulum, idest, Christianum se profiteri, et sacramenta ecclesiæ suscipere, sacris que mysterijs interesse; et cum Sostibus Christi versari, eorum sequi, vel ducere consortem, adiu- uere, inimicitias aduersum Christum fouere, cum magistratibus, militariibus copijs, et turba ludæorum ad comprehendum accurrere; nisi Iudæ traditoris ministerium diabolicum amulari!

92.

Siquis fortè roget, cum Deus Pater, ut ait Apostolus Rom. 8. 32. pro nobis tradiderit filium suum. et filius ut sic dicitur, tradiderit semetipsum, patris voluntati per omnia obsecundans; quapropter in faciem Iudæ exprobat Christus, quod se osculo tradiderit, in quo videtur et patri, et filio morem gessisse? Proponsum habet ex Augustino apud Lombardum in Soc verba; Facta est traditio à Patre, facta est traditio à filio, facta est tra- ditio à Iuda, una res facta est. quid ergo, discreuit Patrem tradentem filium, et filium tradentem se, et Iudam tradentem magistrum? quia Soc fecit Pater, et filius in cõsarita- te; Iudæ verò fecit in proditione. videtis, quia non quid faciat homo considerandum est, sed quo animo, et voluntate faciat. In eodem facto inuenimus Deum, in quo inuenimus Iudam, Deum benedicimus, Iudam detestamur, benedicimus cõsaritatem, detestamur iri- quitatem, Deus cogitauit salutem nostram, qua redempti sumus, Iudæ cogitauit precium, quo reddidit dominum, filius precium, quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio, diuer- sa facta facit. cum tamen sit una res reparatio, ex diuersis eam si metiamur, vnum amandum, alterum damnandum, vnum glorificandum, alterum detestandum inuenimus.

93.

Adde etiam tria conuenisse in Soc opus redemptionis, Iustitiam, cui satisfacien- dum fuit, malitiã, que iustitiam læserat, misericordiã, que afflictæ parti subuenire pote- rat. Iustitiæ partes obtinuit pater, misericordiæ sustinuit filius; malitiæ verò vires Iudæ exercuit, laudandus igitur Pater, velut æquissimus Iudex, atq; integerrimus, qui ut in demnem seruet iustitiam, filio etiam suo non pepercit, sed vadem effectum pro nobis peccatori- bus tradidit illum. Glorificandus filius, qui dilexit nos, et per dilectionem nostri mi- sertus, tradidit semetipsum pro nobis, in mortem. Vituperandus, exprobandus, muletandusq;

94.



q̄ternis penis Iudas, et quisquis eius imitatur vestigia, quod filium Dei oculari. s. simulata pace tradiderit. similiter, necesse est, inquit, Dominus, ut veniant scandala, Vg autem Somini illi, per quem scandalum venit, vq̄ Iudæ, vq̄ Pontificibus, et Pharisæis, vq̄ ceteris traditoribus Christi, qui quod necesse erat, ut fieret, sed cum scandalo futurum erat, ipsi voluntate sua elegerunt, ut per se ipsos fieret, in quo malitiæ partes tenuerunt, non mundandi, sed dammandi propter perniciam in perpetuum.

95.

Quid potuit animo Iudæ obstinatius videri, de quo scriptum est Matt. 26. 14. 15. 16. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum, et ait illis. quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? at illi constiterunt ei triginta argenteos, et exinde querebat oportunitatem, ut eum traderet, et deinceps Versu 21. Amen dico vobis (dixit Iesus) quia vnus vestrum me traditurus est, et contristati valde ceperunt singuli dicere; numquid ego sum Domine? At ipse respondens, ait, qui intingit mecum manum in paropside sic me tradet. Filius quidem Somini tradit sicut scriptum est de eo. Vg autem Somini illi per quem filius Somini traditur, bonum erat ei si natus non fuisset Somoille. Respondens autem Iudas, qui tradidit illum dixit; numquid ego sum Rabbi? At illi, tu dixisti. En Somini's obdurati lapide un cor, frontem adamantinam, Chalibeum os, cauteriatam conscientiam, aures obturatas, oculos cecos, (ne dicam petularites) mentis stuporem. Numquid nefario in scelere deprehensus, nisi stupidus, atq̄ amens sit, aut lumina attollere, aut Siscera, nedum vocem proferre audeat? quis tam seria, et dura comminatione, que significatione est intersectione illa tristissima. Vg summum malum interminante, non commo- ueretur, turbaretur, contremisceret, atq̄ obmutesceret?


96.

Vg mihi misero peccatori, si intantum venero stuporis, atq̄ dementiæ? Absit a me longè, ac longissimè ò Domine peccati malitia, qua sic infatuatur mens, ut de tuo latere ipse etiam stelle, hoc est. Apostoli detraherentur in erebium; Principes sacerdotum, seniores populi, scribæ, et omne conciliam tradiderunt (Matt. 28. 1. Marc. 15) Dominum Iesum Pilato presidi: ipse Pilatus tradidit eum voluntati eorum. Luc. 23. 15. ut crucifigerent. sed maius peccatum fuisse Iudæorum tradentium Pilato, quam Pilati tradentis eis, ut crucifigerent. testatur ipse Dominus Iesus, cum Pilato ait. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Ioan. 19. 12. sed Iudæ prope omnium fuit maximum peccatum, qui antonomasticè, ac propter excellentiam sceleris Traditor (Marc. 14. 14) appellatus est, sed de Iudæ obduratione plura in concione de Petri lachrymis, vbi Galaxia lapidis comparatione describimus. quod Hieronymus Sæc dicit, Iudam, et sacerdotes et seniores populi, et Pilatum vitam morti nescios tradidisse, non eximit vllum eorum à peccato, siquidem ignorantia omnium fuit culpabilis, et cum avaritia, inuidia, timiditate coniuncta. Pilatus enim propter timorem sæculi deseruit iustitiæ partes, sacerdotibus, et seniores ex inuidia Christum perdere conati sunt. Iudas veneno pecuniæ inebriatus vendidit sanguinem Iusti. vide Maldonatum in Matt. 26. 2. vbi notatis traditoribus, et locis euangelistarum, subdit. Diuerso tamen animo traditum à se, et à Patre, ut Somines redimeret; à diabolo, ut redemptionem impediret, et traditores ad peccatum incitaret, à Iudæ avaritia, à Iudæis inuidia, à Pilato timore, ne non satis amicus Cesaris videretur.



[Faint, illegible handwriting consisting of approximately 12 horizontal lines across the page.]

[Small handwritten mark or signature at the bottom center of the page.]



Handwritten text, possibly a date or reference number, located at the top left of the page.

Handwritten text, possibly a name or title, located at the top right of the page.

Main body of handwritten text, consisting of approximately 15 lines of cursive script, which is significantly obscured by dark, diagonal ink strokes.



In cap =

261

In Cap. 2.
Paraphrasis

Asinus Pauli in Jerusalem.
1. Deinde cum regiones plurimas, variasque Gentium terras, atque imperij Romani provincias Christi fidem predicando peragrarem; crucis sanctae vexillum multis locis, ac nobilibus erectum reliquisset; copiosos, atque uberrimos fructus in horrea Domini ex euangelij semine ubique feliciter sparvo collegissem: tandem aliquando exactis post hunc discessum meum à Hierosolymis, (cum Petrum, et Iacobum, ut dixi, inuisi) annis quatuordecim, post meam verò conversionem septemdecim, currente videlicet à Christo nato quinquagesimo primo; rursum ab Antiochia Legatus Ecclesiae, quae ibi erat, nomine, Hierosolymam ascendi, una cum Barnaba Legationis Suius publicè dato (et Apostolatus ab spiritu sancto delecto prius) socio: Tito itidem, (et si non Iudaeus, sed ex Gentibus orto parentibus, atque ad eum incircumciso) itineris comite, priuatim quidem, non tamen absque diuina providentia, delecto, atque assumpto. Hi duo testes esse potuerunt certissimi, atque fidelissimi eorum omnium, quae vel ego ad Apostolos retulisset, vel ab Apostolis mihi delata fuissent; imo etiam cunctarum rerum, quae siue Hierosolymis, siue alibi gesserem; cum alter Iudaeus genere, alter Aeraeus, siue Graecus originis, prior commilito, et coapostolus, posterior magna ex parte gestorum apud Ethnicos arbiter, ac testis oculatissimus.

Tertius in Pauli.
2. Hierosolymam, inquam, quae in montanis, edito loco sita est, conscendi; iam quidem non secunda, sed tertia post meam conversionem vice; neque verò solum Sumano consilio, arbitrioque commotus, et impulsus, ob legationem susceptam, ad seniores Ecclesiae consulendas, dirimendamque controuersiam Antiochiae obortam de ritibus, sacramentisque legalibus; verum et praeventus etiam, atque incitatus ab spiritu sancto, ut mei Apostolatus, et functionis Apostolicae plenior exhiberem ipsis principibus Ecclesiae rationem; quod, non tenui aliqua inspiratione, aut obiter, sed diuino quodam oraculo factum est; cum Deus mihi indignissima dignatus fuit arcana reuelare-mysteria de Gentium vocatione; quae pro eo tempore, nec passim, nec multis, aut quibuscumque propalare licebat. Itaque nec temerè, nec sine causis grauissimis hoc Hierosolymitanum iter obire decreui; sed cum sacro praemate afflante, et praemouente; tum Antiochenis fratribus rogantibus, et euangelij causa, ac veritate sollicitante, atque urgente auidius arripui. quò autem res progressa fuerit, quemue exitum sortita, quantum ad praesens attinet, et vos scire necesse est breuiter accipite; * Ego planè Christianis ipsis, qui erant Hierosolymis doctrinae genus, quod Saceruus in Christo predicando sum secutus, notum esse volui; idque ita exponendum curavi; ut omnes compertum habere possent quale esset euangelium illud, quod per me apud Gentes propositum, atque promulgatum fuerat; * Verumtamen, quò liberior esset, et minus obrectatorum calumnijs, obstaculisque obuijs congressus, minimèque

Textus
V. 1. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba assumpto, et Tito.

V. 2. Ascendi autem secundum reuelationem:

* Et contuli cum illis euangelium, quod predicum Gentibus.
* Seorsum autem ijs, qui videbantur aliquid esse.

inuidia, atq; insidiarum nostra collocutio, collatio ue haberet; non certe pa-
 lam, ac publice audiente plebe, sed seorsim; ac quasi priuatim selectis vi-
 ris, (quiq; in precio erant, ac ceteris eminentiores, ac sublimiores) sum-
 mam in ecclesia auctoritatem, potestatemq; habentibus, ipsis, inquam
 presbiteris, et Apostolis, satis familiariter exposui, et veluti in sinum unius
 cuiusq; effudi totam euangelij mei rationem, quemadmodum inter gen-
 tes concionando efferre, atq; exponere conueuissem; quid ita? Non sane
 quod aliquid ambigerem de doctrinae veritate, aut constantia, quam
 Christo docente didici, Christo tradente suscepi; aut minus certus fuero
 de ipso euangelio, quod Christi spiritu vocante, mouente, comitante,
 cum magno notissimog; fructu varijs orbis terre partibus, tamquam
 celeste semen disperendum, disseminandumq; procurauis; sed ut calum-
 niatorum obtractationibus occurrerem; falsisq; eorum rumoribus ob-
 sisterem; maleuolorum, atq; inimicorum, et uno verbo pseudo Aposto-
 lorum ora clauderem, ac penitus obstructa silere aliquando tandem
 compellerem; qui veluti per fricta fronte, abiectog; pudore liberi, ac
 procaciter non sunt veriti in vulgus frequenter iactare, ac varie, ac
 mendaciter dicere, effutiendog; publicare, me nequaquam à Christo edoc-
 tum, ut reliquos Apostolos; meam verò doctrinam ab earum prædicatione
 longo interuallo distare, ac dissidere; nec semper eandem, sed pro locorum
 temporumq; diuersitate diuersam; suisq; nunquam non fuisse dissimilem:
 volui itaq; suis calumniæ, atq; euentitæ criminacionis iam varijs locis
 sparæ arbitros facere ipsos primos ecclesie patres; penes quos tota est go-
 bernatio, atq; potestas; ut cum ipsi intellecta probarent, probata laudarent,
 laudata confirmarent; nemo deinceps, aut contraria, aut diueria sentire,
 aut in dubium aliquo modo revocare auderet; vniuersis verò constaret me
 um euangelium nullatenus discrepare; verum ipsum et idem esse, quod pri-
 mi Apostoli ex ore Christi domini accepissent, et hausissent ex diuino illo pe-
 tore deitatis arcanorum custode; * Itaq; hæc meæ ~~invidiosæ~~ ^{invidiosæ} con-
 sultationis ratio, atq; finis; ~~invidiosæ~~ ^{invidiosæ} ne quomodo fortassis, propter iam
 ante disseminatos à pseudo doctoribus, inuidiosog; vbiq; gentium sparos fal-
 sos rumores, cursus concionum mearum irriti fierent, atq; inanes, aut in pos-
 terum circa eandem curam suscipiendi labores cassum, ac sine fructu exitum
 sortirentur: quod et ipsi cauilorum structores, et palam proferebant; et teme-
 ræ, ac passim dictitabant: sic profecto, nisi Apostolorum auctoritas interces-
 sisset, obstitissetq; non exiguum damnum sacrosanctæ fidei, quod iam erat
 prope formidandum, illi parauissent: sed cum hæc mea cum Apostolis consul-
 tatio, spiritu sancto auspice, duceq; acta sit; attendite quò peruenierit.

* Ne forte in
 vacuum curre-
 rem, aut cucu-
 rrissem.

V. 3. sed neq;
 Titus, qui me
 cum erat cum
 esset Gentilis
 compulsus est
 circumcidi.

At cum maxima apud legis emulatores esset expectatio, quid demum
 ab ecclesie principibus ex mutua hæc collatione, atq; communicatione eu-
 gely decernendum esset; non sine admiratione omnium, et cum quorum-
 dam etiam indignatione, nihil mihi contrarium, nihil iudaismi fautoribus

7. 1.

optabile

optabile constitutum fuit. Nam primum Titus, qui in meo erat contubernio, mecumque
 vivebat, ac sentiebat; quamquam Arameus, Soc est, Grecus erat, utroque
 ex parente Gentili natus, ac proinde circumcisionis, ut iam dixi, expertus:
 (quod plane notissimum erat) tamen, et si quidam instarent, urgerentque
 contentiosissime, ut mox explicabo, nulla ratione adactus est, ut circumci-
 sionem subiret. Neque omnino ut legali sui sacramento initiaretur, aut
 Apostolorum placito, aut seniorum consilio, aut Ecclesie decreto in con-
 silio congregatque indictum, imperatumve est. ex quo eventu facile col-
 ligetur, atque perspicuo, evidentique comprobatur argumenta saluti obtinen-
 de anime, minime necessariam esse hanc legis ceremoniam; alioqui passi non
 fuissent Ecclesie Patres Titum sic incircumcisum permanere.

De unitate
 circumcisio-
 nis rursus

4. Atque illud silentio pratercundum non est, quod per nascio quos introduc-
 titios, siue adiectitios pseudo fratres (premio forsitan a Phariseis legis celo-
 nimio victis; vel ab Iudeis alijs, qui Christum non receperant, conductos, aut
 subornatos pecunie spe) tentatum est, et contentiosius etiam procuratum;
 * Latenter isti quidem, ac subdole, veluti suffossis cuniculis irrepserunt in nos
 trum castrum, atque in scientibus, ac nihil tale suspicantibus plerisque Patribus, sese
 callide, atque adeo violenter intruserunt, ad nostra consilia pervidenda: cuius
 ut solent exploratores in bello, factionis adversa consilia arcana pericrutari,
 ac peruestigare. Ita horum fuit animus, ut sub odore aridis, conquirendis, ac cog-
 noscendis nostris cogitationibus, atque consilijs operam navarent. Per hos, inquam,
 fictos, falsosque Christianos tentata res est; imo etiam curiosius examinata,
 subtiliterque peruestigata, et inspectata libertas nostra. * Per quam a iugo le-
 gis, Christo datore, et vindice, subtracti sumus; quam et in ratione instituenda
 vitae sequimur; et in fidei dogmatibus enunciandis, atque tradendis, sine legalium
 observationum admixtione, sincere retinemus. * Sed quid putas, audacissimi So-
 mines pertinacissimisque Iudejs, nomine tenus Christiani, quid inquam, moliebun-
 tur? Nihil aliud, nisi ut importabile servilis legis onus nobis imponerent;
 atque Soc ut consequerentur, in publico conventu, seniorumque, Apostolorumque
 concursu, insignes tragedias, tumultusque excitarunt; concertationibus infini-
 tis, clamoribus disceptationibus, vi maxima nitentibus, eo nos compellere, ut cir-
 cumcisioni Titum subijceremus, ut hac ratione necessariam servitutis iugum
 durissimum immitterent, legalibus nos addicentes ceremonijs. Enim vero si
 tantum circumcidi Titum passi fuisset, illico tamquam victoria parata, se
 victisque hostibus triumphantes, totum legis, legaliumque observationum por-
 cus necessario subeundum conclamarent. Atque de libertate iam obtenta
 per Christum possessione, quasi de propria, et auita hereditate spoliatos
 crederent, ac deturbarent.

V. 4. Sed =
 propter sub
 introductos
 falsos fratres.
 * qui sub introie-
 runt explorare
 libertatem nostram

* quam Sabe-
 mus in Christo
 Lesu.
 * ut nos in ser-
 vilitatem redi-
 gerent

5. Verum enim vero, tam in hac re constantes, fortesque steterimus, tantaque
 animi vi eorum impetum sustinuerimus; ut ne brevissimo quidem Sora spacio,
 imo nec momento putaverimus, aut sententiam conueniendum, aut studijs
 eorum, voluntatibusque parendum; quin potius eorum adversos conatus, =

V. 5. quibus
 neque ad Soram
 cessimus subiec-
 tione.



* Ut Veritas Evan-
gelij permaneat
apud vos.

violenta voces, contentiososq; clamores, valido nisu cohibentes retudimus,
repressimus, et quasi iniecto freno retardatos continuimus; iugeq; eis silenti-
um imperavimus. Tantum abest, vt subiectionem, quam ipsi iniungi no-
bis ab Apostolis cupiebant, prodita libertate subierimus. ~~¶~~ Hec nostra
constantia, ac fortitudo contra vim, et fraudes emulorum legis, Sostium
Christi, euangelij, fideiq; subuersorum; sic nobilis de impostoribus, Sere-
ticisq; triumphus. At hęc narratio quoniam spectat? quidue tendit? eo pla-
ne, vt sacrosanctę fidei sinceritas inconcussa, inuiolatęq; persistet, apud vos
si minus apud Iudeos; vt abiq; legis ritibus euangelium credatis ad salu-
tem satis, superq; esse; nec vlla ratione cum umbrarum veterum inanita-
te miscendum. Si ergo à falsa opinione esse vultis immunes ò Galatę; si lu-
diciq; pertinacię naufragium euadere; sinite illos, vsurpent, dum non omnino
eis interdicitur, circumcisionem; repetant iam cassas, inutilęq; ceremonias;
vos tamen puram, sinceram, incontaminatamq; euangelicam veritatem
conseruate; in hac perseueranter permanente; idq; pro certo habetote
flagitiosum, atq; impium scelus ab eo committi, qui fidei Christianę inte-
gritatem, euangelijq; veritatem, inanium ceremoniarum, Mosaię legis
umbratili commixtione temerandam aut satagit, aut procurat, aut serio
sibi persuadet.

V. 6. Abijs
autem, qui vi-
debantur esse
aliquid.

Intellexistis, aut ~~procurat~~ opinor, qualis, quantaue fuerit subdolo-
rum fratrum contentio; quanta etiam ex nostra parte constantia intuen-
da libertate Christiana; iam ea deinde attentę considerate, quę ex congres-
su, et collatione euangelij mei abijs mihi accesserint, qui inter patres, ac
seniores, maxime erant estimationis, ac nominis; quiq; tanti ab aduersa-
rijs fiebant meis, vt illos summis extollerent in cęlum laudibus; non tam
æquo erga illos animo, quàm contra me iniquo, et subdolo; si forte mea laus
ex eorum laudis contentione minui, obrui, obscurariue posset. Volebant
nimirum alios apud omnes existimari aliquid esse; quod me omnino non
esse ex sua obrećtatione cupiebant. Verumtamen, quod Si, qui modo tanto
pere eminent, atq; ab vniuersis, precellentes, eximij, summoq; honore, et glo-
ria digni habentur, quondam in Iudaismo fuerint piscatores, illiterati, nulla
scientia legis clari; sed quod attinet ad auius peritiam, et cognitionem me multo
inferiores, neq; me effert, neq; de illorum quidquam detrahit auctoritate;
quod etiam illi cum Christo domino in terris agente diu vercati sunt, eius fa-
miliaritate vsi, doctrina instructi, Laurea Apostolica donati, neq; vt illi inso-
lescant, neq; vt ego inuidia vrar, iustam causam parit, Dei enim consilij fuit,
non meriti. Seminum, vt illi primi vocarentur ad gratiam, et Apostolatam.
Ego postea ex persecutore, et hoste euangelij Apostolus fierem; ita verò inte-
ger, ac fidelis, atq; illi, quantum ad ministerij munus, rationem, officiumq;
spectat. ~~¶~~ Etenim pro æterno suę voluntatis proposito, seu beneplacito, nulla
habita prorsus ratione cuiusq; aut personę, aut dignitatis, aut generis, aut con-
ditionis, gratię suę dona impartitur, atq; distribuit. Quę circa in controuersis

* Quales ali-
quando fue-
rint, nihil mea
interest.

* Deus perso-
nam hominis
non accipit.

¶

fidei

fidei praesertim, non personarum auctoritas, dignitas, conditiove attendenda, atq[ue] pensanda: sed veritas pura, ac candida, perspicua q[ue], atq[ue] ab omni colore, et furo aliena. Ita quod ad ritus veteres Iudaice legis spectat, non valde laboro; nec puto ad causam meam quicquam referre, quid magni Apostoli docuerint; doce rive permiserint; quid etiam senserint, vel tenuerint, reliqui, qui eximij sunt, atq[ue] prestantes in Ecclesia; de ea, quam nunc habemus, questione, nihil arbitror mea interesse, aut disquirere, aut diiudicare; Divino id iudicio relinquam: ubi nulla personarum est acceptio. Nam qui pro suo arbitrato Deus humilem e pulvere suscitavit, in opemq[ue] de stercore, et vermicibus transfert ad sedes regales, quas nunquam meruerunt; idem pro sua aequitate operum exigit, postulatq[ue] valorem, et meritorum examinat, discernitq[ue] pondera; ut alios premijs, alios penis, prout merentur, afficiat. Igitur his praetermissis, quae momentum, aut emolumentum ad veritatem dilucidandam, confirmandamq[ue] nullum important, ad illud redeo, quod dicere inchoavam; aio, et affirmo, quantum qui dem facit ad Apostolatam, atq[ue] doctrinae veritatem, integritatem, plenitudinemq[ue], nihil in me requisitum, nihil immutatum inconuenienter, et consilio Apostolica. In quo ita per prestantissimos patres transacta res est, ut cum meae praedicationis omnes partes accuratius inspexissent, exactius perpenderit, atq[ue] diligentissimi, veluti aurificis statera, ponderassent, nec de meo Euangelio auferendum, nec de suo mihi quicquam conferendum censuerint. Jam exacta mensura omnia adaequata erant ad fidei catholice amissim, ut nihil penitus apponere, ut necessarium; nihil omnino demere, veluti superfluum, opus fuerit.

7. Imo vero contra, atq[ue] fuerat in votis, et expectatione calumniantium, et obtreptantium, tantum abfuerunt Apostolica illa culmina, a corrigenda mea praedicationis ratione, aut fidei euangelice doctrina emendanda, ut potius uniuersam comprobauerint, laudauerint, atq[ue] diuinitus inspiratam cognouerint; ac deniq[ue] instaurato federe mutuae societatis, nouo charitatis vinculo confirmarint. Etenim cum ex certa nostra narratione, tum ex fidelium commemoratione Barnabae comitis mei Apostolatus indiuidui, et didicerunt, et pene subiecta oculis viderunt, quae apud Gentes miranda opera, atq[ue] stupenda gessimus, varias per orbis partes discurrentes, atq[ue] euangelium gratiae disseminantes, non potuerunt non animaduvertere, atq[ue] cognoscere mihi fuisse a Domino concrediditum munus conuertendorum Gentilium praepunitorum ab idololatria ad fidem catholicam; non secus, atq[ue] Petro circumcisorum Iudeorum praedicationis, et instructio commissa est. Unum videlicet, atq[ue] idem euangelium duobus populis caelitus missum, et datum est. Id vero populo circumcisione notato, quod ex Abrahami femore propagatus, Petrus annuntiavit: alteri autem populo experti circumcisionis, Iudaiceq[ue] legis ignara, tamen Abrahamicae fidei heredi, Paulus deferendum, manifestandumque suscepit.

8. Vterque tamen, diuina ad hoc munus electione designatus, ut mirabilia = V. 8. qui

Mihi enim, qui videbantur esse aliquid nihil contulerunt.

V. 7. sed contra cum vidissent, quod creditum est mihi euangelium praepunitij, sicut Petro circumcisionis.



Enim operatus est
Petro in Apostolatu,
operatus est, et mi-
hi inter Gentes.

V. 9. Et cum cog-
nouissent ora-
tionem, quæ data
est mihi Iacobus,
et Cæphas, et Ioan-
nes, qui videban-
tur columnæ esse,
dexteris nobis so-
cietatis dederunt.

V. 10. Tantū
ut pauperum
memores es-
semus: quod
etiam sollici-
tus fui hoc ip-
sum facere.

V. 11. Cum au-
tem venisset
Cephas Antio-
chiam, in faciē
ei restiti quare
prehensibilis =
erat.

utriusque facta, signa stupenda, prodigia inaudita, portentaque nunquam
in mundo prius visa declarant. Nam idem ipsum procul dubio diuinum nu-
men, et Petri legationem mirifice promouit, eiusque sermonibus efficaciam, ope-
ribus virtutem tribuit apud Israelitici generis posteros, Moisaicæ legis obseruato-
res; et prædicationis mee functionem insigni potentia, atque incredibili energia
illustrauit inter nationes ex leges, idolorum latricæ deditas, prorsusque mancipatas.

Neque verò solum munus Apostolicum, sed pariter Apostolatus gratiam mi-
hi copiosissime cum omnium charismatum infusione, donorumque largitione es-
se communicatam perspexerunt: unde sibi persuaserunt, opereque ipsos tes-
tati sunt tam muneris, quam dispensationis Apostolicæ æqualitatem. Ete-
nim Iacobus, qui frater Domini dictus est, et Cæphas, Socus, Petrus Apos-
tolorum primas, et Ioannes dilectus Domini lectus, si, inquam, magni Apos-
toli, qui videbantur, erantque Ecclesiæ columnæ firmissimæ, pulcherrimæ,
altissimæ, et fide, et celo, et sapientia, et religione nitidissime, omnes summa
consensione concordissimi, vno animo simul conspirantes, dextris vltro
vatis, mutuoque præsentis, in fœdus societatis archissime, ita decreuerunt: si
quidem absque vlla, aut sententiarum, aut verborum discrepantia, idem
omnes euangelium prout diuinitus, accepimus, edocemus, itaque placuit spi-
ritui sancto, quo auspice, et fautore, et protectore cuncta gerimus; nos
fratres dilectissimi Paule, et Barnabæ ita, feliciter peragrate, gentium
populos incircumcisos euangelio instruente, fide imbuentes diuina, ad
Christum tranhite, nos verò inter circumcisos Iudeos eiusdem legationis offi-
cium obibimus. Hæc nostra potissimum sollicitudo, illa maxima ves-
tra cura esto.

Vnum illud modo vestram fraternitatem enixe rogamus, et, si necesse est, 10.
per Dei misericordissimam benignitatem deprecamur, ut, si quidem satis no-
tam habetis egestatem, inopiamque, qua nostri, qui sunt in Iudæa, atque Ie-
rusolymis, præcipue, fratres laborant, neque laborant tantum, sed grauissime
premuntur, eorum inter gentes recordemini, necessitati prouidere conemini;
quod non erit difficile; cum à locupletioribus, quos ad misericordiam promo-
tos videritis, exigere possitis copiosas elemosynas, quas sic per fideles vestros
transmitteritis. Hanc ergo admonitionem ita promptè, auidèque complexus
sum, ut nihil habuerim antiquius, nihil diligentius procurauerim, sicut
enim libenter excepi, ita liberaliter implere non destiti. qui hæc tam serio com-
mendarunt; de circumcisione verò, aut legalibus ceremonijs conseruandis,
ne verbum quidem, ex quibus facile potestis diiudicare me nulla in re, ab
Apostolorum collegio, aut doctrina diuisum unquam, aut discordem fuisse animo.

Hactenus vobis exposui Apostolorum concordiam, doctrinaque vni-
tatem sociali fœdere mecum stabilitam, pariter etiam commemorati-
pseudo fratrum contentionem fortiter à me retar datam, atque reiectam,
que peracta fuisse Ierusalem intellexistis. Deinde Antiochiam descen-
damus oportet, ut quæ mihi cum principe Apostolorum Petro mihi acciderit,

enarrat

enarrare pergam. Duce enim necessarium hęc vobis breuiter indicanda, vt ex vera narratione falsis rumoribus non fuisse credendum intelligatis; simulq; cognoscatis nullo vnquam tempore, aut loco inter me, et illum doctrine dissidium, amorumue dissensionem extitisse; sed potius vnā eandemq; semper circa fidei sinceritatem sententiam esse, atq; fuisse internos, nec aliud alibi de ceremonijs legis, aut illum sensisse, aut me docuisse. Est verò Antiochia ciuitas Syrię in primis nobilissima, et antiquissima, propter loci commoditatem, et vr-
 bis magnitudinem; proconsulum Romanorum sedes in ea semper fuit: quas ob res etiam Cepheus, hoc est, Petrus primariam cathedram patriarchalem in ea initio predicationis locauit, tenuitq; per annos aliquot; donec Romam primam imperij matrem, et orbis caput transtulit, (vbi nunc residet) cum priori sedi Euodius virum egregium, ac de re Christiana bene merentem suo loco profecisset. Ergo absoluto concilio, quod Hierosolymis celebratum est; inde Antiochiam quasi antiquam sedem reuisurus sanctissimus Pater Christi Vicarius Petrus aduenit, ac per plures dies fidelium consolandi, et animandi desiderio, ac promouendi ad maiores in religione progressus, gratia, ibi commoratus est.

Antiochia

Conuictus
Etenim
magis

12. Gerebat autem se, vt patrem decebat, cum omnibus Christicolis, valde modestè, atq; summaniter, sanctitatisq; odorem spargebat vbiq;: presertim verò ex Gentilismo conuersis beneuolum, affabilemque se ostendens, cū ipsis eodem cibo, potuq; utebatur, ac sine vlla legis cura, que id interdicit, communi Gentium mensę accumbebat. Nemo id vitio vertebat, nemini scandalum parabatur, erat enim iam notum Antiochenis Christianis decretum concilij, quo Gentiles conuersi ab oneribus, ceremonijsq; legali-
 bus immunis, ac liberi fuerant declarati; verum accidit hoc tempore, vt quidam fratres, qui ex Iudęis crediderant euangelio, missi à Iacobo Hierosolymitano antistite Antiochiam aduentarent; quos cum sciret Petrus adhuc ritus obseruare Iudaicos, (Non enim tunc eis, qui crediderant ex Iudęis interdicti erant; sed potius permitti; non quod utiles essent post Christi mortem; sed ne iniuria videretur fieri Legi à Deo institute; si eque, atq; idolorum superstitiosi cultus reiiciendi essent, abominationi q; iudicarentur Sabendi) hos, inquam fratres veritus est in scandalum vocare, si adni-
 maduertenter forte ipsum circumcisionis, (id est, eorum) Apostolum, Legem contemnere, eius ritus negligere, et cum Gentibus communes opulas esse; Gentium commercium, conuictumq; sequi, ac frequentare. quod scād-
 alium certum fore existimabat, et graue. Quia propter id consilium se quærens est, vt quia posset occultissime, se cerneret se à Gentilium consuetudine, conuictumq; vitaret; subterfugiebat igitur illorum conuiuia, quouis pretextu, colore, occasione ve arrepta; subducebatq; se clam, et quasi alijs obstrictis negotijs, ab epulando, comedendo q; cum illis; qua in re, dum timet Iudęos hos-
 pites offendere, in offensionem incidit familiarium, ac domesticorum ex Gentibus, qui fuerant ad euangelium vocati.

V. 12. Prius enim quam venissent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cū autem aduenissent, subtraherebat, et segregabat se timens eos, qui ex circumcissione erant.

7. §

V. 13. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudaei.

* ita ut et Barnabas ducere tur ab eis in illam simulationem.

Ex V. 11.
* In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

Item, et si Petrus bono animo, et seculo id facere cepisset, cum principum tamen exemplum facile subditi soleant imitari, (idem enim optimum ducunt omnes, si se ad suorum moderatorum mores effingant) cuncti alij ex Iudaeis Christi cultores, qui Antiochia habitabant, vestigijs sui doctoris, atq; patroni inherentes eius facti simulationis q; participes, ceperunt simul, et ipsi subtrahentes se ab incircumcisis fratribus ad ritus declinare Mosaiicos, et iam non tam Gentium familiare consortium, quam legis observantias compleri velle videri. qui et si legis cultum, studiumq; non vere, et ex animo, sed fictè, ac dissimulanter preaeferrent, tamen non eo fortè consilio, et moderatione, qua Petrus, quem ducem in eo facto sequebantur. quid dicitur dicam. * eo progressa res est, ad q; simulationis ratio grassata percrebuit; ut non solum plebei homines, atq; in fide teneri, et minus stabiles, quod quidem non carebat periculo, imo propendebat in fidei detrimentum; verum quod minimè iam tolerandum fuit, et Barnabas quoque meus in procuranda Gentium conversione, atq; salute socius, tot actam difficultum peregrinationum comes, Apostolatus collega, et doctrinae indivisiuus assectator, quem maximè decebat mecum sentire, Gentium partes agere, scandalo providere, incolumitati, honoriq; prospicere, ab omni discrimine sacros, tectosq; conservare; quod minimè verebar, ecce tibi ipse simul tamquam impetu, vig; correptus fluminis rapidissimi, ad eandem simulandi rationem tractus, et praesertim Petri exemplum amulatus est. Quid ergo in hac re me facturum fuisse arbitramini? Equidem Petrum, ut debeo, semper colui, semper ut patrem, reueritus sum, atq; ut supremum Christi in terris vices gerentem, Apostolici culminis verticem, aecumenici gregis pastorem, honore summo, ac veneratione oximia prosecutus sum. * Nihilominus causa confusus mea, imo sua, vel, (ut verius dicam) ubi usq; nostrum, certè Euangelij Christi, quod ambo predicandum suscepimus; non potui aliter facere, quin ei me opponerem; itaq; non clam, sed palam, non in occulto, sed aperte, non absenti, sed presenti resistendum decrevi; liberè igitur, et coram omnibus, et in os illi aduersatus, consilio obstiti, facto repugnavi; et què sentirem, quod in discrimen rem christianam viderem deductam, licentius dicere perrexi, coarguens, obiurgansq; quod obiurgatione dignum erat; alij vero clam etiam arguebant, occultè representabant; quippe qui ex eius facto offensi essent, praecipue Gentiles, fidei, Christi q; cultores, qui se despectos, desertos, atq; velut immundos tractari, durius q; ferèbant. Primum Pontificis sui subtractionem mirari, deinde solos se relictos à Iudaeis obstupescere, dolere solitudinem, contemptum graviter sentire, post de sua iustificatione ambiguos esse, de caeremonijs, de q; circumcisione cogitare, an deberent in praepitio manere, an illam subire pro animae salute, et mundicia discutere, et inter se disputare? Deniq; difficultate rei, molestia q; praesentis casus de retrocedendo, relinquendoq; inchoatum fidei iter varijs motibus tentationum, atq; instigationum Demonis afflictari. Cum sume

Barnabas insignis Pauli iam Petri quatuor.

Pauli 11. 125.

Turba Christianorum qui putant se Iudaeos.

Inuadit Iuda.

Dicit Iudaei Gen

ergo

ergo eventum, si nondum accidisset, tamen posse accidere, Sicut dubie prouiderem, et non modo in Gentium perniciem, exitiumq[ue] fidelium; sed in maximum euangelij detrimentum, fideiq[ue] iacturam animaduertentem redundare; remedium efficax, tantiq[ue] mali antidotum apponendum quamprimum, qua citissime curauit.

14. Nam videbam eos, qui eiusmodi simulatione utebantur circa legis ritus, in fide claudicare, neq[ue] in via euangelij recta gressus ponere, aut pedem firmiter figere, multumq[ue] discrepare a puritate, et sinceritate veritatis, qua et euangelica fides docet, et professio Christiana permittit. si enim semel quis eam opinionem imbibat, ut existimet Christi fidem non nisi cum legis obseruationibus coniunctam ad salutem valere, totam aconomiam euangelicę veritatis funditus evertit, Christum de medio tollit, iterumq[ue] cum Iudeis crucifigit. quod si illi, qui tantisper simulare se Iudeos, et legis emulatores voluerunt, longē abessent ab opinione Suiscedi; cum verē crederent absq[ue] legalibus ceremonijs Christi fideles saluari; tamen ea simulatione illud efficiebant, quod perniciosum valde erat libertati Christianę, cuius lucem claram tenebris obruebant, umbris obscurando Mosais. * quia verē, licet multi in Sane causam concurrissent, tamen Petrus auctor fuisse, et dux aliorum erroris, ad eum conuerti sermonem; eumq[ue] coram vniuerso cętu Christianorum, tam ex Gentibus, quam ex Iudeis conuersorum; ut vniuersi, qui eius exemplo peccauerant, eius obiurgatione saperent, eius exemplo corrigerentur, videntes euangelicis sermonibus acquiescentem. Similiter, et tacite consentientem; ipsi etiam, qui fortē opinabantur Iudaicas ceremonias necessarias, eam opinionem rectē instructi deponerent. Ergo omnibus, qui aderant audientibus ad Petrum, non quidem absq[ue] debita reuerentia, verum cum Christiana libertate, sic sum locutus. * Vnde o Pater beatissime, atq[ue] sanctissime consentaneum rationi arbitris, ut cum tu, qui Iudęus natus es, sub lege educatus, ab infantia circumcisus, ceremonijs assuetus, Gentium more viuas externarum; cum ipsis epuleris, familiariter agas, consuetudinem habeas, atq[ue] commercium; nec vllō modo cultus velis obseruare Iudaicos; tamen quasi tui oblitus instituti, ignarusq[ue] libertatis a Christo acceptę, Gentiles inducas non verbo, sed exemplo quidem, quod potentius est, Iudeorum instar Mosais ritus, atq[ue] ceremonias emulari, easq[ue] appetere quasi utiles, necessarias ve salutis; quas cassas omni virtute inanesq[ue] esse, tuo etiam decreto non priuatim, et intra domesticos parietes, sed palam, publiceq[ue] atq[ue] in grauissimo Seniorum conuentu, cętuq[ue] sanxisti.

V. 14. sed cum vidissem, quod non rectē ambularet ad veritatem euangelij

* Dixi Cęphę coram omnibus.

+ commonendum duxi;

* Si tu Iudęus cū sis, Gentiliter viuis, et non Iudaicē, quo modo cogis Gentes Iudaizare?

V. Nos natura Iudei, et non ex Gentibus peccatores.

15. Si quo iure Gentes ad ritus Iudaicos fuissent compellende, id maxime erat, quod opera legis iustitię conferendę vim haberent; vel absq[ue] eis non possit vllō modo obtineri iustitia; verum Sane rationem inanem esse, nullius momenti facile intelligitur, siquid nos fecerimus consideratur. Nostrum enim exemplum euidenter probat legis inefficaciam, vel potius inanitatem. Ego quidem, actus Pater, et plurimi eorum, qui suis inter sunt

Diferentia

mi S

obseruatio

clari

Arquitur de

Inuitus ritus

Diferentia Iudeorum et Gentilium.



sermoni, non certè spontanea voluntate, atq; electione, uti quos appellant proselytos, sed natiuitate, et origine Iudei sumus, uti carnales, atq; genuina Israelis propago, Abrahamici seminis certa posteritas; non sanè ex vberibus Gentalitatis avulsi, sed intra premium Mosaiæ legis nati, atq; nutriti, religionis, atq; pietatis in Deum verum alumni; non idololatriæ erroribus inquinati, et contaminati Diabolicis superstitionibus; veri cultus Diuini sectatores, non manifesti peccatores aberrantes à via veritatis, velut ij, qui ex parentibus orti Ethnici fuerunt.

V. 16. scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Christum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis. Propterea ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Et tamen, quoniam certò scimus, atq; ex doctrina cælesti cognouimus, diuinitus illuminati, ac per verbum Dei, humanam carnem induti, et Sac quasi nube velatum, instructi, atq; edocti, legis ceremonias, sacramenta, sacrificia, reliquaq; opera, et ipsam circumcisionem non posse vltimò hominem à scelerum sordibus emundare, iustumq; facere; sed munditiè animæ, veramq; iustitiam ex vna fide Iesu Christi esse petendam, et abq; Sac fide vanam esse coram Deo omnem aliam iustitiæ formam; propterea nos ipsi, Iudei, inquam, ad Christum accessimus, ei adhesimus, in illumq; et credidimus, et credimus, tanquam à quo, et iustificati per fidem sumus, et omnis criminis contagio abluti, et mundati; per quem etiam æternam animæ salutem per gratiam quasi in semine accepimus, et deinceps obtinere speramus; si ipsam fidem in sua integritate, et perfectione usq; ad finem retinemus. Quam iustitiam nec petimus, nec petendam curamus ex legis operibus; propterea quod fieri non potest, ut quis per opera legis unquam iustitiam acquirat, neq; ex Iudeis, neq; ex Gentibus: sola enim lex à fide separata, nec seruari potuit unquam, nec si seruata fuisset, iustitiam sola tribueret. Ex quo sine controuersia patet vanum esse, ac minimè rationi consentaneum Gentes ad ritus, et opera legis adigere, à quibus nihil salutis eis licet sperare.

V. 17. Quod si querentes in Christo iustificari, inuenti sumus, et ipsi peccatores; num quid Christus - peccati minister est? Absit.

Nam etiam si cum violatione præceptorum legis diuine naturalis, que Decalago continentur, et in Mosaicam legem inserta sunt, atq; conscripta, iustitia esse nequeat, tamen ritus umbratiles, ceremoniæ typicæ, sacrificia, sacramenta, et nominatim circumcisio, et alia Mosaiæ, siue iudicia, siue mandata necessario non sunt, ad animarum uel salutem cum fide iungenda catholica; sine illis enim iustitia, et initio acquiri, et deinceps conseruari proculdubio potest. qua propter si quis fortè in eam opinionem inductus fuisset, ut existimaret, vel doceret eos, qui ad Christum accedunt, ut credentes, si cut oportet, in eum, per fidem unam, iustitiam nanciscantur; postquam baptisate sacro suscepto, fidem alacri, et constanti animo professi sunt, si modo prætermittant ritus legales, nolintq; circumcidi, propterea ad huc manere, (etiam si ex Iudeis orti fuerint) peccato inquinatos, et iniustos, et tanquam ex leges, immundos, in circumcisos q; Gentiles, esse vitandos, et à communi abalienandos conuictu, et societate; quisquis ille fuerit, rem ab surdissimam, et abominandum scelus admiiserit. Etenim ita docens, vel iudicans

Apostolus dicit, sed de Christi iustitiam gratias per operum effectum legis.

17.

Peccator legi peccatoris castus non est.

qui baptisate sacro suscepto, fidem alacri, et constanti animo professi sunt, si modo prætermittant ritus legales, nolintq; circumcidi, propterea ad huc manere, (etiam si ex Iudeis orti fuerint) peccato inquinatos, et iniustos, et tanquam ex leges, immundos, in circumcisos q; Gentiles, esse vitandos, et à communi abalienandos conuictu, et societate; quisquis ille fuerit, rem ab surdissimam, et abominandum scelus admiiserit.

tenere

temerè quidem, et insolenter fidem ipsam Christianam, seu auctorem fidei Christum perfidè videbitur voluisse redarguere: et Dominum gratiæ, atq; iustitiæ, ministrum faceret peccati, atq; iniustitiæ. quod genus opinionis tam longè abest à vero iudicio, ut non modo tamquam falsum, fallax, iniquum fuerit repellendum; verum tamquam manifestè impium, atq; Særeticum detestandum; ut pote non solum cum vera ratione theologia pugnans, sed simul etiam primarium redemptoris, assertoris, et vindicis animarum munus, atq; auctoritatem euertens. Itaq; cum ex doctrina, et fide Christi constet ritus legales prætermitti abiq; iustitiæ detrimento; neq; vlla ratione cum fide copulandos; non est cur quisquam, aut verbo velit, aut exemplo contra docere, nisi cupit ipse legis ipsius, quam defendit, præuaricator videri.

18. Quod crimen non solum non potest in Christum cadere, qui venit peccati regnum penitus scindere, non instaurare; scelera prorsus delere, non fouere; legales umbras illuminando consummare, non in pristina^{hinc} statu conseruare; magisq; ~~idcirco~~ obscurando, diutius prorogare. Verum congruit maxime in eum, qui iam inueteratas, et vetustate corrasas cæremotias conatur iterum ad usum, et obseruantiam reuocare; destructa iam rursus edificando, atq; solo complanata iterum erigendo, denuoq; fabricando; et dum alios præuaricationis accersit, se ipsum præuaricatorem exhibere, et commonstrare non cessat. Nam si quis à se prius relictam legem postea obseruandam docet, simul docet se præuaricatum fuisse, quod reliquerit. Item si ille, qui euersam diuino iussu urbem Hiericunthinam, iterum instaurare, atq; edificare temerario nixus est ausu, legis extitit præuaricator, eiusq; reatus penas, non modo non effugit, sed acerbissimo cum sensu doloris dedit, atq; persoluit, omnia tam multam supplicio grauissimo luens; quis credat duricium supplicium defuturum illi, qui cum iam pridem doceat legalia sacra diuino oraculo euacuata, et abolita, ea ipsa rursus vigere, rata, firmaq; esse, aut ore, aut opere prædicet; certissime hic suo se facto condemnat, suo se opere transgressorem legis ostendit. Quippe qui iterum reparat, quod prius demolitus est; manifesto se crimine obstringit, quia quod non debuisset, euertit; imò ipsam in et legem, quam si non deserendo, tamen reuocando, præuaricatur; ut confestim namq; probabo efficacissima ratione ipsam per legem Mosaicam deiretum est, suo certo tempore, nempe Christo adueniente, typos omnes, et figuras, quas illa continebat, finem habituras, desiturasq; fuisse. Quin etiam non minus contra fas, iusq; facit, qui antiquatam iam, et sumi stratam, atq; abiectam legem denuo reparat, et restituit; quam ille architectus, qui publicam, seu priuato tempore imperio iustus arcem diruere, quæ per fugium erat, atq; neceptaculum latronum, postquam solo totam molem ad equasset, iterum ex edificatam erigeret, in pristinumq; restitueret statum. Peccatum enim tamquam demonis per fugium, seu arcem iusti sunt euangelici concionatores per fidei prædicationis præconia euertere funditus, atq; delere. Quid ergo? Nonne fecerit nefarie, et impiè, qui cumq; rursus statum restituere velit peccati?

V. 18. Si enim quæ destruxi, iterum hæc edifico, præuaricatorem me constituo.

+ Rediunt igitur ad vi
hæc legales vel ostendi
num peccassent, q; pri
ui reliquimus; vel cer
te denuo repetentes pec
cassent, contra imperata
facientes.



Quis verò status peccati, nisi status legis scriptæ? siquidem, qui eius vinculis obstricti erant, cum non possent præcepta omnia seruare, sub execratione erant, et sub reatu peccati, à quo per se ipsam Lex liberare neminem valebat.

V. 19. Ego enim per legem, Legi mortuus sum.

Cum enim vniuersa scripta veteris testamenti, Lex, Psalmi, Prophetæ Christum sonent, Christum præagiant, Christum promittant, Christum prædicent, et veluti vno ore, vnâq; mente conclament, ac contestentur, et tam serio constanterq; demonstrant, et per typos, umbras, figuras varias delineant, per opera, dictaq; Patriarcharum adumbrant; per voces, oraculâq; prophetica prædicant, ac pene euangelisent, nec modo per sacrificia, et sacramenta, ritusq; et ceremonias vaticinentur, sed etiam per testimonia, præcepta, atq; iudicia polliceantur, atq; confirmant venturum in mundum; Dominum, Deumq; futurum, sub forma serui multa passurum, pro hominum sceleribus abolendis mortem subiturum, satanæ principatum funditus eruiturum, legis antiquæ finem futurum, nouæ fidei, et gratiæ initium daturum, extincta deniq; vetustate criminis protoplasti, et tanti fluminis culpa rum inundatione repressa, orbem totum instauraturum, renouaturum, splendoreq; spiritus, et gratiæ illustraturum: non fas est cuiquam dubitare, qui literas sacras sciat, (Ego sanè non ambigo) omnes quidem, qui Christo nomen dederint, sacriq; baptismatis limphis abluti sunt, omnino esse liberos à vinculis, iugoq; timoris, vel ipsius met decreto legis Moisaicæ, quæ ita iussit, suisq; præceptis constabilitum, mandatumq; reliquit. Ego itaq; (et meo vnus nomine de omnibus idem aio) iam pridem, ex quo nempe Christo in seruis sum per fidem, veteris legis potestate sum ereptus; sicut seruus à Domino, sicut à viro vxor, cum alteruter vita iam defunctus est, mortuus enim legi sum, qui nec illius terrenis pollicitationibus moueor, oblector, tra hor; nec duras minas sorreo, aut execrationes terribiles pauidus expecto; ipsa itaq; lege prædicente, mandante, ac contestante legalibus operibus, decretisq; immunis sum, iugoq; et vinculis, et metu liber, ut scilicet liberius, faciliusq; perfectiusq; abiq; ipsis tot, ac tantis impedimentis diuinis me imperdam obsequijs, mandatisq; obediám; mandatis scilicet non vt olim solum marmoris insculptis, sed menti inscriptis, et impressis voluntati; Mortuus itaq; et ceremonijs, quas non obseruo, et ritibus, quos non usurpo, et sacrificijs animalium irrationalium, quæ non facio, et circumcissioni demum, quæ libens omitto, mortuus, inquam sum; * Ut expeditius viuam Deo per nouam vitam fidei, et gratiæ, eius sacro numini obsequar, gloriæ seruiam, laudibus vacem, et nomen continua confessione concelebrem; * que mei tam insignis commutatio facta planè est per Christum, fidei, et veritatis auctorem, gratiæ factorem, et euangelici status promulgatorem; cum Christo nimirum con crucifixus, eisdemq; trabalibus clauis in ligno appensus, necem sustinui; morienti verò, et diabolo abrenunciaui, et mundo; atq; sæculi pompis perpetuum vale dixi sceleri, voluptati, concupiscentiæ carnis, et deniq; veteri conditioni vitæ nuncium remisit; quin etiam et legis obligationibus,

* Ut viuam Deo.

* Cum Christo confixus sum Crucis.

19.

Lex vni
sa præ
uentur
saluato
qui fun
termin
qui offe
nis in
credenti

Omni
huius
capit
cum x
pua.

quibus

quibus tenebar, subtractus, solutus q̄ sum; siquidem obiens in crucis patibulo. Christus secundum scripturas, hoc est, ex prescripto, et vaticinio Legis antiquę, eam ipsam legem consummavit, adimpletamq̄ de medio substulit, confixas secum q̄ omnes eius paginas dirupit, ac discussas aboleuit cum peccati Chyrographo; quod iisdem literis conscriptum erat; omnem deniq̄ criminum vetustatem secum sepultura, inferri voluit. Ego itidem una sepultus sum, ut submersione mystica in sacro fonte representatum est, quod de q̄ videmus. Verum ceteris cunctis, ut exuiijs, subtus sumum residentibus, ego ipse cum Christo, eius viuum membrum per iustificationem factus, exurrexi ad nouam spirituales, laudabilem Dei filij dignam vitam, tamquam e sepulchro, et funere virtute Spiritus Christi rediuiuus exiliens. Nam cum propter carnis fragilitatem, et passionum impotentiam, sensualis q̄ portio corruptellam, scripta lex, eius q̄ scita, et consulta, minimè valeant ad perfectam virtutis viam hominem sumi iacentem, ac terrestribus affixum, aut eruere, aut subleuare, et perducere; potius verò ipsa, quę debuisset iuuare, pro iuuamine grauumen afferret, et obstaculum, seu offendiculum poneret insipienti mortali, et ignaui, sua ipsius cupidine indomita, obussa, et prohibita magis insolente, et aduersus legitima, et sanctissima precepta, reluctante, et calcitrante, operę precium fuit, ut noua lege gratię, noua q̄ spiritu per Christi merita mortem deuorantis in patibulo, et vetera terminum haberent, et noua deinceps felici inchoata initio subsequerentur.

20. Ergo si post crucis obitum viuens cernor; si et oculis mortalium presens adsum; non ille equidem sum, qui prius fueram, vetus homo sceleribus immercus, odio dignus, prisca Adams emulato, culpa heres, legis dure, et minacis vinculis compeditus, cupiditatibus addictus effrenibus, carnis potulantis mancipium, Spiritus Sancti capitalis hostis, mundi impij seruus, Demonis tenebrarum rectoris captiuus, venundatus sub Sasta, impius, perduellus, ac persecutor Ecclesię Dei, Legis diuine preuaricator, maledictus, et execrationi obnoxius, hoc est, necis reus temporarie, atq̄ sempiternę pęne, multa damnandus, non inquam ille antiquus filius ira sum; sed sum prorsus alter ab illo, qui non quidem substantia naturali, sed qualitate, moribus q̄ diuersus, nouus planè homo, non iam terrenum Adamum pristini sceleris parentem, ducem, et antesignanum, ut quondam, sed celestem representans gratię spiritualis, omniumq̄ virtutum auctorem, et largitorem, et patrem; cuius in baptisate personam indutus, eidem ipsi per omnia similis factus sum. Imo non modo honestiorum motuum, atq̄ supernaturalium actionum imitatione, sed Spiritus adoptionis, diuina q̄ gratię participatione simillimus; et quatenus diuinitus datur, et mortalibus licet, Christi primogeniti Dei in me, tam intus quam foris, tam in anime, quam in corpore, imaginem, formamq̄ ad viuum exprimens, ut verè dicere queam, Non iam in me viuut e terra factus Adamus, sed viuut in me, qui de celo venit, et regnat in me Christus; non protoplasti sceleris, sed viuut in me, quę operatur in me redemptoris mei gratia; non cupido insolens, non caro indomita, non imbecilla voluntas, non mentis cęcitas, non sensualis affectio, et temeritas desideriorum seculi suiuis; sed viuut in me,

+ peccati reliquijs,

V. 20. Viuo autem, iam non ego, viuut verò in me = Christus.



que Dominatur in me, ardens charitas, sapientia, fortitudo, pax, gaudium, ceteræ
que virtutes uniuersæ, diuinitus præsertim infusæ, cunctaque dona spiritus Sanc-
ti; uiuit, inquam, in me Christus, atque spiritus eius, animæ (non secus atque ipsa
met corpori) infusus, nempe per dona gratiæ, dans uitam, vigorem, faculta-
temque bene agendi, et felicitatem conquirendi, et tandem consequendi. Verè
iterum dico Christus in me uiuit, (et in quolibet, qui fidei Christianæ gemula-
tor est, et sacro lustratus baptis mate Christum induit) ipsemet solus, ut
sessor equum celestis gratiæ habens, spiritusque sancti calcariibus gubernat-
mouet, excitat, mentem se dignis cogitationibus imbuat, et quasi dexter, pec-
nitusque Cytharædus solus auribus insonat, accendit uoluntatem, sensus
regit, cunctisque motionibus, et actionibus moderatur; et nihil aggrediar,
nihil agendum suscipiam, nihil nisi Christo, et duce, et impulsore, motoreque primo
et præcipuo, faciam. A Christo principium bonæ uitæ habeo, in Christum, ut in
finem operum actus dirigo; ille dominator, rex, præses, Suius domicilij animæ
meæ, ille dat nomen, speciem, pulchritudinem, splendorem, dignitatem spiritui
meo; in quo habitare dignatus est; multo præstantius, atque mirabilius, quam
hec omnia corpus animatum secundum naturam sumit, et quasi mutua-
tur ab anima. * Sed opere præcium est, hec, que obscurius ~~dicuntur~~ forte dic-
ta sunt pluribus explicare, ut dilucidiora sint, intelligentiæque cunctorum
maximè pateant. Non possum negare me nunc, temporis mensuræ subs-
tratum, uitam uiuere naturalem, in carne quidem, .i. carnis obnoxium et
rumnis, tamen laudabiliter, et uirtuti, ac Dei præceptis congruenter;
sed aio nihilominus ex fide, qua credo in filium Dei, pro me in cruce, non nisi
ex sua ipsius uoluntate, et hominum dilectione ardentissima, morti oblatum,
hanc qualem qualem uitam me habere, et possidere.


* Quod autem
nunc uiuo
in carne.

* Quod autem
nunc uiuo in
carne, in fide
uiuo filij Dei,
qui dilexit me,
et tradidit semet
ipsum pro me.

Verum quoniam multiplex sensus inest Suiæ sententiæ, accipe omnes
singillatim expressos, quos ad quatuor contractos dabo. * Primus sit; dixi ui-
uere in me Christum; sed non propterea significatum uolui, me extra æ-
am uiuere, fortunæ, et temporis, ac sæculi numeris exemptum, tamquam iam
cum Christo in celo conuersantem; sed quam nunc. .i. ad huc corporum celesti-
um motioni, stellarum cursibus, lunæ mutationibus, et solis uicissitudini subdi-
tus uitam transigo, nondum hec fragili, et mortali corpore exutus, certè qui-
dem mea hec felicior est, atque præstantior uita, quam sit, esse uel possit il-
lorum uiuendi ratio, qui lege, et ceremonijs Mosaicis sunt astricti, illi quippe
mortis, quam per præuancationem meruerunt, timore semper aguntur; Ego
uero expectatione certissima pascor semper uiuendi, nam per Iesum Christum
filium Dei uerum, ac naturalem, qui me intimo amore complexus est, et pro
meis peccatis præcium sui uirifici sanguinis in cruce persoluit; assecutus sum
illam uiuam fidem, que cum gratia, et charitate, ceterisque spiritualibus or-
namentis coniuncta est; professione autem Suius fidei, ualentes ut uitam
uiuam, ad Christi præscriptum, ita congruenter, ut sinon per omnia beatissime ui-
uam, at uiuam tamen in spe certa æternæ beatitudinis consequenda.

Vita
hanc
filij
cruce

Vita
nunc
sed
quoniam
et
or.



2. sensus sic habet, Mortuus ego, (ut supra dixi) sum legi, non tamen omnino mor-
 tuus sum re ipsa. quod si ad huc sum in carne, hoc corpore mortis circumdatus, vel po-
 tius in hac cruce extensus, et continuè mortificationis clavibus affixus, morsibus impeti-
 tus concupiscentiæ, in cursibus obuiis persecutorum, tentationibus expositus inuisibili-
 um potestatum, periculis obnoxius fragilitatis humanæ, tamquam viator, ac pere-
 grinus perinculca, et horrida tempe iter ingressus, summum nihilominus solati-
 um habeo; quod mihi viua Charitas, perfectaq; fides prestat; illa nempe fides,
 qua credo in Christum Dei filium, qui cum tantus esset, et talis, ut opus non haberet
 æqualitate certare cum Deo patre, tamen mei dilectione succensus pro me libe-
 rando, et uiuificando, in manus se impiorum tradidit, atq; instar agni mansuetissi-
 mi crucis patibulum subiit, et mortem acerbissimam passus est. Hæc, inquam,
 fides Charitatis igne conflagrans, qua credo Dei filium pro meis sceleribus abolen-
 dis sponte lignum conscendisse; clauorum ictus, nuditatis ignominiam, spinarum
 punctiones, corporis verberati dolores, militum probra, latronum ludibria, scriba-
 rum, Phariseorum, Pontificum irrisiones, transeuntium per viam omnium contume-
 lias, æquo animo pertulisse; hæc profectò fides omnium virtutum, et spiritualium
 donorum adiuncta choro, me viuere dulcissimam, suauissimam, atq; lætissimam vi-
 tam facit. Itaq; per hanc in me fidem Christus inhabitans, dolorum, ac laborum pon-
 dus alluat; periculorum acerbitates mitigat; tentamenta satanica vincit; impe-
 tus rebellium cupiditatum coercet, ac refrenat. Hinc enim feliciter evenit, ut cum
 Christo et patienter, et non inuitus crucem subeam, et licet in cruce, tamen lætus vi-
 tæ munera exerceam.

3. etiam sensus potest hic esse, quod laudabilem vitam viuam, quamuis in
 carne existam mille malis scatente, id quidem fidei tribuendum est, quæ me ab
 omni periculo liberum efficit, et spe gloriæ ad meliora vocat, adhortatur, inducit,
 simul etiam per charitatem, adoptionem prestat; ut sim Dei filius per Christum
 unigenitum æterni patris, qui sua morte mihi vitæ gratiam impertitus est, et ta-
 lis vitæ quæ Christi vitæ simillima sit.

4. Sensus est eiusmodi, quem suppetit verbum uiuus. dignus equidem fueram,
 (Saud inficior) pro meis multis, magnisq; sceleribus, et iniquitatibus, tum quæ ipse
 commisi diuinis reluctans, obstitensq; mandatis, tum quæ hereditario veluti iu-
 re ab parentibus primis quasi per manus tradita accepi; ut iam diu meritas penas
 darem, lethoq; addictus vita mulctarer, desinereq; amplius vitales auras car-
 pere, lucemq; presentem videre. sed quam ego mortem fui commeritus, Christus
 Dei filius (quæ fuit maxima misericordia, et Charitatis flamma ardentissima)
 pro me obire dignatus est, mea in se debita libentissimo animo transferens, vi-
 uo autem non solum vitam naturalem, sed spiritualem etiam per gratiam,
 quæ simul et peccata, et mortem pro eis debitam condonat, atq; vitam re-
 linquit temporalem, spiritualemq; largitur. Hoc profecto opus non legis est,
 quæ potius damnat, et occidit, sed fidei, quæ iustus videre facit, et ab omni debito
 liberat; quam fidem in baptismo profiteremur, et operibus Deinceps contesta-
 mur; Christum Dei filium, qui nos dilexit; diligentes, quiq; pro nobis crucem
 subiit, imitantes. quid enim credere proderet, nisi imitari libuisset?



igitur tanti, ac tam singularis amoris vim, et ex amore profectam liberalitatem, et gratiam inaudite tam ingentes diuitias, si contemnendas putem, si aspernandas ducam, non modo ingratus, et impius, sed amens sim, et insanus. Sentiant alij, ut libuerit, et Moisaicis ritibus honorem tribuant; ego quidem eorum placitis, quae Christo, atque eius fidei contraria sunt, semper aduersus ero, nec ullo modo id committam, ut videar, vel non apprehendisse, vel improbasse, vel abiectis eximium hoc beneficium a Deo gratis impentum, ac sine ullis meis meritis mihi indignissimo collatum. Donum eiusmodi beneuolentiae diuinae in signe, admirabilem, qui sapit, non reprobabit, qui bene sentit, non irritum faciet, qui recte iudicat, non frustrabitur; qui nimo, ut rem maximè admirandam, atque stupendam venerabitur; cum gratianimi magnificis signis excipiet, obuijs complexabitur vlnis, visceribus intimis reconditum asseruabit, et prius vitam sibi eripit, quam tam magnum thesaurum, libentissimè patietur.

* At certè apud Moisaicæ legis assertores, et circumcisionis fautores secus est, nam profectò tunc maximè suam insipientiam declarant, et mentis inopiam ostendunt, cum, quod Dei gratia, et meritis passionis Iesu Christi tribuendum est; id legi veteri, imo iam inueteratæ, et antiquatæ, dari volunt. Etenim qui cumque iustificandos peccatores ex vi legis, atque eius ceremonijs contendit, superuacanam facit Christi Domini passionem, et mortem; inanes credit vniuersos pro genere humano labores susceptos, doloresque acerbissimos pro nobis sublatis. Nam si legis opera Iudaicæ, vel Iudicialia, vel ceremonialia, vel etiam monialia, ex vi sua, et propria natura iustificationem suis obseruatoribus, siue cauctoribus, siue factoribus parere possent, ac prestare: quorsum filius Dei humanitatis sagum induisset? ut quid homo similis nobis factus fuisset? cur vix ad crucis ignominiosam mortem, sese instar Sumillimi peccatoris abiectisset? quam obrem tot probra, et opprobria sustinuisset? quam ob causam corpus suum flagellis verberari, faciem sputis commuculari, Genas alapis, ceruicem colaphis conculi; tempora spinis compungi, caput arundine percelli, ab immanibus licentibus, à diris satellitibus, durisque militibus, et iniquioribus iudicibus permisisset? si hostie veteres satis erant ad iustitiam promerendam, frustra, et in casum Iesus Christus Dominus pro omnibus ascendens crucis patibulum, solemnem hostiam pro omnibus factus est; Verum quoniam animæ salus, iustitiaque apud Deum nullis operibus, legalibus ue institutis expectari, aut comparari nequibat; non sane quidem inanis, aut fructus vacua oblatio mortis Christi fuit; sed pro omnibus sacrificijs, victimis, hostijs, holocaustomatibus una potentissima, ac sufficientissima; imo superabundantissima extitit; quæ omnia omnium hominum scelera, ac flagitia, quantumuis graua, et immania aboleret; exhauriretque fœditas vniuersa mundi crimina, et amissam redderet iustitiam proquancatoribus diuinae legis; et filios protoplastorum extenebris peccati, in lucem gratia restitueret.

* si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

+ solum, absque fide Christi et eius spiritu.



CAPV ERTIVS

653
769

Textus

V. 1. o insensati Galatę quis
vos facinavit non obedire
veritati, ante quorum ocu
los Iesus christus prescrip
tus est in vobis crucifixus,

1.

Scopus Apostoli is est, inquit, Salmeron, ut os tendat christi fidem, se
mel profectis opus non esse lege, aut circumcisione. In fine precedentis
capitis, per clara schemate usus Apostolus, dum Petrum amice commonet,
et tacentem, in suam sententiam inducit, illud effectum videtur, ut Ga
latas pene convictos reduxerit, eo saltem, ut agnoscerent se deceptos.

Quare, ut qui hostilem aciem trepidare sentiunt, fortius intentione q
voca exclamando aggrediuntur, et persequantur acrius, sic aceri
mus fidei propugnator Paulus, vehementi exclamatione vocet, pau
das, in dectaturq; graui et seuera obiurgatione, adhuc dubios, et tardos,
stimulisq; pungit verborum; nec sine magna vi rationis, et affectus
pondere enititur, Galatarum mentes commouere, et conuellerę, ut ta
dem errorem deponant, et a lege ad christum sincere complectendum, re
uertantur. ^{Scholiz} o insensati Galatę. A Petro quicquid hactenus usus
est loquus, ad Galatas sermonem conuertit, qui vero, antequam suam
probasset apud Galatas auctoritatem, moderatius, mitiusq; agens mi
ror, ait, quod tam cito transferi mihi, iam illa probata, vehementius in
surgit, grauiusq; in eos animadvertit, admirationi adiungens stupo
rem, qd mirabat equidem vos, sed iam stupeo de mentium veritatem,
seruientia alienationem. o insensati. habet itaq; locum vehementia
obiurgationis, parquam vi argumentorum aduersarij causa labat,
ruinam qminatur. cum enim (ut ante n^o m^o m^o) cepit hostis trepidare,
incurtus, valde ducet fortis impetus, si adhibeatur, victoriam nactis
cancer oportet, ita Chrysostomus, Anselmus q. Multis grauib; que
luminibus, hic locus scatur, est apudrophe. A Petro ad Galatas,
est obiurgatio vnoens, per exclamationem, et admirationem,
admiratio, est licentia, in sensatos appellat, Diagonia in

2.

+ insensatos

3.



21
L.
Argumenti
Salmeron.
Commodo cu
precedentib;
Leg
Culm. de
Paulo lege
Tonderatio
Obiurgatio
Veniens qui
du.
Chrysostomus
Anselmus
propheta
admiratio
exclamatio
licentia
Dubitatio

Similiter licentia prophete Isaiq primo, inquit cognovit posse bovem suum
et asinus pro sepe domini sui, israel aut me non cognovit et populus meus non
intellexit velut in sensatu scilicet et stultis et asino. Dicit hic Hiero.

6.

ad Galatas, dum in sensatu appellantur, vel stultitiam argui, per quam spi-
ritum legis et literam diiudicare non possunt, vel vitio gentis corrigi,
qui indocti sunt et vacordes et ad sapientiam tardiores. Ut indocti
a suo concive S. Hilario appellantur Galli, ^{scilicet in his summius exhibere in} quibus ^{per Gallos sapientissimi.} Erasmus notat inter pretem, quod hic in sensatos

vertit, mox vertere stultos, suo more, inquit, laciuientem copia, Græcum
tamen verbum magis sonat rudes parumque cordatos, apud Anci-
nam vero Galatæ metropolim à Hieronymo visa magna venuste rudita-
tis vestigia vixisse. Porro singulas orationes proprijs quibusdam Vi-
cijs notatas, aut virtutibus insignitas refert hic Hieronymus, quem imi-
tatur Trexus. S. Tho. in sensatos dicit appellari qui careant sensu

7.

Spirituiali, hoc est cognitione veritatis, ut qui dicuntur insensati

Vitam illorum emmabant in saniam. facit autem tres gradus seu
modos in sensationis. Nam quibusdam veritas non proponitur ab
alijs non acceptatur proposita veritas, alij vero quam veritatem accep-
tant, tam deserunt. in hoc tertio gradu esse, inquit, hos Galatas
qui veritatem fidei quam acceperant ab Apostolo seculi renuebant.

Uitur in sensati Galatæ dicuntur, vel quod natura stupidi, ^{et in}
^{et in} vel quod in ista priorum à melioribus ad peiora defice-
rent, gravissimum legis iugum, sine causa subeuntes. Opportune videtur

vitium naturale exprobratur, quod notabatur in proposito factu Caritatus

Ad idem, ad hoc verbum Galatæ aliter ad etymon vocis Hieronymo re-
te) quasi essent negotiatione et arte quadam trans mediata. Hiero-
ny mi verba sunt, Uit in sensatos Galatas appellat etia. vide in commentarijs magnis.

8.

Uit in sensati Galatæ ^{nam} glossa ordi cum sensu et affectu doloris, ait, pro
nunciandum, tanquam in verbo dicitur vis cora ostendat paren-
ter maxime affectu et vulnerata liberione, et stulto eorum facto.

Idem notat Lombardus addit, verba sunt irascuntis, et increpan-
tis cum dolore proferenda, per increpationem vero commovent,
ut rationes sequentes attentius audiant, Uit in sensati, vox con-

summeliosa et acerbitate plena, non tam dicitur quam audien-
tis et obrucati causa prolata, tanquam aculeus excitat tunc



tor

14. 1. 7.
Hieronymus
Hilario
Ancin me
Paxoni
Thom.
S. A.
Galatia in
Dolori medi
Lombardus
Cretetia

speculi, à cupiditatum lenocinio, à bonorum huius vitæ aspectu, quæ
 hinc nocentias, nihil fallacius, præsertim si nobis placeamus ipsi, nostra
 que laudare queramus, Fascinatores enim laudando, bona secularia
 blandiendo, Demon vero in centor vitarumque, ac concupiscentiæ excita
 ton, decipiendo, eludificando, maxime nocent, breuiter per vulgum (Hic ubi
 inquit) verbum invidia significat. ^{dicat} Ex dicitur iam patet sensus
 Apostoli, Quis inquit, vos fascinavit? quis vobis tantam seducita
 tem, sæculi libertatem invidet? quis malus oculus, tam depravato animo
 tantoque cum livore vos intuitus est? quis cato demonis arte usus, ita
 sensus corruptit vestros, Quæ vos carmina excantantur, ita a men
 te alienatos vos video, ita dementatos, ac cæcos, ut ex postea ve
 nitatem oculos minime cernatis, quamq̃ prius, et credidistis,
 et quasi clavis in antmo fixam tenuistis, iam minime credatis.
 Videte quomodo culpam debet in alios, et leniat asperitatem
 Verbi præcedentis, pseudæq̃ Apostolos tacite perstringat, in odi
 umque vocet, fascinatores appellans. q̃ d. ista verba à fide alie
 natione, quæ non sine mentis alienatione accidit, (neque enim
 aliud est credibile, de ijs qui tam ex corde Xp̃m recepistis, ut pa
 lam crucifixi imaginem, circumferentes adoraveritis,) ista inquit,
 alienatione facile ostenditur Demonis invidia, et calumnijs
 vos fuisse deceptos, per falsos Apostolos, atque ita à fidei obedi
 tia ad varias legis ceremonias traductos, Attende oculos fidei
 lumine illustratos exactius, ac perspicacius, rem capere, ac pene
 rare, cum ergo Galatæ tam exacte Xp̃m cognovissent, tam
 firmiter cordi impressissent, quis non obstupesceret, eorum
 tantam fuisse dementiam, ut ab eo deficerent, Quis non crede
 ret arte Demonis, ministrorumq̃ eius fuisse circumventos, atq̃
 in manifestam fraudem impulsos. ^{Paraphrasis huius.}
 O Galatæ amentes, qui vos prestigijs actos à veritate catholica,
 ab obedientia fidei christianæ removere conatus est, cum tam
 certi essetis de mysterijs passionis, mortis, ac crucis, resurrectio
 nisq̃ Xpi domini, ac si veluti ipsi eius Apostoli, reses oculati
 fuissetis, et ipso ^{ipsum} cruci primum affixum, deinde tertio die
 resurgentem videre contigisset. De fascino ^{quo} in series
 agendum Digestione longiore.

15.

Non obedire veritati Hieronymus habet non credere magis hanc partem
 non veritas non in mentem, inquit, in exem pluribus. Ad a man
 ty, adeo a se in explicatione omittam, quare non vana con ioc
 tura in epistola in textum ex commentaria, vel scholio cuiuspi
 am, nam sine ea in reger se a sus ma net, verbum que fascinauit
 totam eam sententiam includit, Hic enim fas cina effectus ut
 non obediatur veritati, sed grece legitur, et in biblis correctis, qua
 re fas non est inde expungere. Videtur autem esse contra pro
 tum non obedire veritati, et ante quorum oculos Jesus xpus est tol
 q. di. Quis vos impulit aut decepit ut non credatis, quod tam fir
miter ante credidistis? Veritati Antonomastice pro fidei quia
 nulla veritas veritati fidei prestat, cum hec de testimonio inmi
 tatur. unde dicitur Eclesia columna veritatis, hanc particu
 lam etiam omittit Augustinus, ut patet in fra, immo et Ambro
 sius, et Chrysostomus, Theophrastus, et in translatione Syriaca
 Chrysostomus Theophrastus

16.

vide hic Erasmi. Diaporia seu dubitatio illa, quis vos
fascinauit vim habet ad vrgendum, et exaggerandum crimen.
 In verbo autem fascinauit, est correctio, quae lenit in iuriam prio
 ris verbi, est similitudo seu metaphora, quae servit ut hyperbo
 lico sermone qd sine sensu estis, ac si negante sed hanc vobis
 nescio quis abstulerit, an malus oculus invidorum, an Demonia
 versutia, et fallaces dolis, an ministri eius. Secundo propheta, et veni
 prestigiatore. Nam eandem causis fascinationis creditur exoriri. Sic
 ergo innuit esse Galatas tamquam pueros, qui facile decepti contra
 ria credant, atq prius crediderant. Sicut qui fascina laesi, et in manu
 tati pro debilitate stomachi edunt cibos, ita tenent mentes infi
 des in mutatae ac lae debilitate q reddite ab usiam veram christi cog
 nitionem. Quis, inquit, vos fascinauit, vel fascinando dementa
 vit, aut prestigijs mentem fallit, non obedire veritati scilicet
 ne obtemperetis veritati i ne operibus da
 hibeatis, quod fide credidistis. Caietanus, Ecce ad quod vos fascinauit? Unus
 ad non obtemperandum veritati, intendit enim qui vobis fecit
 apparere fidem xpi non sufficere ad salutem, quod est contrari
 um veritati scilicet portare sex parte legalia, quod est non obtem
 perare veritati, sed apparentie, ante quorum scilicet Galatas

Veritatis

Ante

Quasi Galatæ quis vos fascinavit:

Ante quorum oculos expos. Jesus proscriptus est, crucifixus. ita legit Augustinus, cuius expositio est. In verbo fascinavit indicatur Galatas defecisse à profectu quem habuerant, nempe à christi fide, quam receperant; sed opera Pseudo Apostolorum; qui ipsis videntibus, immo permittentibus, à christo abstulerant hereditatem, atq; possessionem, quam in cruce meritiens sui sanguinis precio emerat. Iniquitatem possessio gentes sunt, atq; adeo Galatæ ipsi, qui dum à gratia fidei revocantur ad legis opera, ipsa xpi possessio, (id est. ij qui bus iure gratiæ, et fidei xpus inhabitat) proscribitur, et auferitur. ergo cum addit crucifixus, vult movere Galatas memoria precij, quo sunt redempti, et in verbo proscribendi est etiam emphasis, seu augmentum. exagerat enim quod ante dixerat in fine precedentis Capitis, atque ostendit non modo sequi ex eorum facto, et reditu ad legalia, ut christus non pervenerit ad possessionem, pro qua sanguinem fuderat, quod est gratis mortuum esse; sed ut de iam habita possessione deturbatus sit, quod est proscriptum fuisse, sed hæc proscriptio inquit, Augustinus non obest xpo; qui etiam per divinitatem Dominus est omnium; sed ipsi possessioni, quæ eius gratiæ cultura caret.

Hanc expositionem sequitur est Beda, et refert glossa ordinaria. Ubi dicitur Crucifixus, cum pondere pronuntiandum, et sensu doloris. sequitur est etiam author Glossæ ordinariæ, et lombardus in vestra presentia, inquit, ille tantus, qui est Jesus christus, et pro vobis et crucifixus, est proscriptus. i. exheredatus. et hoc in vobis, in alijs non deberetis pati, nedum in vobis. Claudius inquit, Augustinum non proscriptum, sed proscriptum legisse, et hac proscriptioe Pseudo Apostolorum amissit suam possessionem, et Galatas. Merito quos codices habuerit Claudius. nam clare legitur in Augustino proscriptus, et proscriptio, nec certe solum proscriptioe, sed etiam proscriptioe amittitur hereditas, et possessio. Sed prior Crapnus id dixerat, et referens verba Augustini semper inducit præpositionem pro, nunquam præ, atcredit mus propositam loco præ quod maxime apparet, cum ait,



~~ait~~ proscriptioe quod enebatur aufertur.
 S. Thomas secundum locum hanc Augustini expositionem declarat.
 recte, inquit, fascinati estis, si quidem veritatem, quam recepistis
 de patre per fidem in cordibus vestris, evomitis tanquam pueri, cum
 in vestra presentia xpus. Jesus proscriptus est. i. expellitur, et evictus
 de hereditate sua, que estis vos, et tamen crucifixus fuit pro vobis.
 Ah quanto pretio empti, et conuicti sumus.
 Ambrosius sic. In sententiis Galat. quod vos fascinasti, ante
 quod oculos xpus. Jesus proscriptus est, et in vobis crucifi-
 xus est. addit scilicet conuictionem, ab verbo que ^{est} hanc sententiam
 est, inquit, quod stultorum oculis xpus. proscriptus videtur, id est
 expulsum, vel condemnatum. Prudentiam vero oculis, et sensi-
 bus non solum non condemnatus, sed ipse in vitam carnis sua
 damnasse videtur. Passio enim Domini vita nostra est, et de-
 tractio mortis. sed quia hi indigni ceperant sentire translati
 ad legem, idcirco mentibus eorum xpus. condemnatum videri
 conuictum. Ad id quod subiecit, in vobis crucifixus est, hoc est sensu
 vobis crucifixus est, quasi homo in quo enim spes plena non est,
 homo est. Ideo hi non putabant plenam salutem esse in xpo
 quia legem illi adaequabant. In his vero, qui congrue intelligunt
 xpus. vivit in ^{terris} xpus, in Photino crucifixus est. hic
 enim mortuus est, in quo ^{xpus} dicitur crucifixus, quia illud loco
 accusati ^{tionis} obicitur. Hanc expositionem sequitur Nicolaus de
 Lyra proscriptus, et condemnatus, et crucifixus, tanquam homo
 purus per falsos Apostolos dicitur, non sufficere fidem xpi
 ad salutem sine legalibus, cum autem hac dicerent in presentia
 Galatarum, et ipsi crederent procul dubio, se fascinatos decla-
 rabant. Peccabant isti heretici in eo quod xpi divinitatem
 non cederent, que fuit heresis Photini, ad verba quae dicit
 Hieronymus in prologo, Joannem scripsisse suam Evange-
 lium, Ambrosium per omnia sequitur et explicat.
 bar dicitur hic, et utraq. Gloria, oculis stultorum videtur damnatus
 tantum, et in eorum sensu crucifixus, ut homo, in quo nulla spes
 salutaris sit.
 S. Thomas loco profert Ambrosium, qui vero glossam interlinearem

19.

S. Thomas
 2. Cor. 6. 28
 1. Pet. 1. 19
 Ambr.
 Expo. 2.

Passio xpi
 in vita
 mortis
 crucis

Photin
 heresi
 Hieronim

Lombard
 glossa

secundum quod



Anselmus Anselmus, Ante quorum oculos interiores Jesus christus prescriptus est, et pre ostensus, et prenotatus a nobis, non in tabulis lapideis, ut loce. sed in vobis, et in cordibus vestris crucifixus est; quia crux et passio, qua redempti estis, erat maxime intimanda vobis. Unde magis dementes estis, qui xpm vobis pre monstratum, pro peccatis vestris crucifixum negastis, non credentes vos ex fide posse iustificari, sed ex opibus legis.

Martinus del rio Martinus del rio, sic explicat. Quis vestram salutem ac veram fidem invidens ad deo dementavit, ut ad lucem clarissimam caligatis, et tam subito leuiter q̄ ab ea fide defeceritis, que tam manifeste vobis a me tra dita fuit, ac si penicillo predicationis ante vnius Cuius que vestrum oculos Jesus xpus pro vobis crucifixus foret. hec vera Chrysostomi expositio.

Sombardus Lombardus etiam inter alias probat Chrysostomi expositionem, et explicat illud, in vobis crucifixus, et in intellectibus vestris, ut sciretis qualiter acciderit, et quid vobis contulerit xpi passio, quod non intellexerunt qui presentes ad erant, dum xpus ageretur in cruce; quod dicit Chrysostomus, fidei oculis exactius per videri, et cum maiori fructu.

Christostomi notat Notat vero Chrysostomus Sapientiam Pauli, qui vituperat ^{cum} laudes. Nam laus erat ita exacte percepisse, et impressisse cordi xpi, ut superio autem dignum, quod deseruissent, ut inconstantes, et stulti. Etiam notat Studium Apostoli in predicaanda cruce xpi, quam semper videtur gestare presentem. Immo protota oconomia redemptionis ponit xpi crucem, siue crucifixum xpm. Est ergo synecdoche partis pro toto.

Hyperbole *Hyperbole* Erasmus hyperbolem agnoscit in his verbis, quod insinuat Apostolus certius credidisse Galatas xpm morte sua liberasse genus humanum, quam qui coram conspexerint illum sublatum in crucem; ad circo magis indignatus est ad versus eos, qui relapsi in iudaismum a xpo defecerunt. Certe totus versiculus ex aggregationibus plenus est. At preterea insententia græcorum, que magis aridet, melius trans ferri depictus, quam prescriptus, quod ipse sequitur in sua translatione, (quem ad modum, et author Syriacæ) et in Chrysostomi commentario. Sic enim, inquit, crediderant xpm crucifixum, quasi conspexissent oculis, dicit etiam coniunctim legendum, Ante quorum oculos xpus.

Varia translatio



in vobis est prescriptus, crucifixus, q. d. veluti depictus, in cruce pen-
 dens, vestris oculis exhibitus, eundem sensum exprimit Syrius
 Nam ecce quasi pingendo depictus fuerat Iesua Meschio cruci-
 fixus neque enim erat apud Galatas crucifixus, sed illis per fidem
 representatus est crucifixus. Ad rariem, inquit, monet Chrysostomus
 quoniam nihil attingit de propositio[n]e in ^{verbo} πρὸς ἔργα φη, quod Paulus
 vsurpasse videtur, pro prescriptus est, illud etiam animadvertit
 quod verum est apud Latinos propositio[n]em, Pro interdum sig-
 nificare aliquid Palam fieri, ut prodere, promulgare, proficere,
 proloqui, prostrare, adde etiam profiteri, protestari, et olim (sicut dicit)
 nomina damnatorum publicitus in foro proponebantur. Unde
 hoc genus damnationis proscriptio dicta est.

27.

¶ Claudius notat Proscribere hoc loco esse relegare et damnare. Unde
 Proscriptio apud Romanos damnationis genus, quam Greci
 πρὸς ἔργα φηv nominant, Macrobius non est, inquit, facile sin-
 eum scribere, qui potest Proscribere. Hinc excommunicati no-
 minati, qui in tabella publice exponuntur, proscribi recte di-
 cantur. item cum aliquid per scripturam venale proponitur
 proscribi dicitur, ut aedes, agri, etia.

Proscriptum apud Romanos (ut etiam notat Anselmus) in
 exilium trahi hereditate et Patria privabantur. Quales multi
 sunt a Sylla proscripti, quam proguetatem Secutus videtur
 Augustinus, immo et Ambrosius, ut supra patet. Translatio
 Arias montani ostendit etiam Græcæ literæ esse conformem
 que reddita ad verbum habet proscriptus loco πρὸς ἔργα φη

Ex his liquet non sine causa ista variam esse lectionem
 huius loci, alijs Proscriptus, alijs Prescriptus, legentibus, sed licet
 hanc diremit Xistus Paga, quintus, et Clemens octavus, qui
 vulgatam nobis correctionem proposuerunt sed cum tot sint co-
 dices antiqui Latini, qui habeant Proscriptus, existimari
 vnam pro altera voce sumptam, cum idem fere significent
 Palam scriptus seu pictus, seu representatus, in publico
 loco propositus in imagine, in tabula, in altari, in cruce,
 gestatoria, sic enim in ecclesia proponitur Xpus cruci-
 fixus ante oculos fidelium.

Prescribere



Xpi picture, ac sculpture, ad compunctionem mentis excitandam erecte,
ita exhibuerunt. Vobis Xpum in cruce sublatum, pro vobis mor-
tuum, et tandem emortuis suscitatum, ut non modo ignorare non
possitis, sed necesse fuerit in cordibus eum per fidem firmissime
tenere affixum, et intime impressum; unde ergo vobis tanta
mentis caligo, ut quod ante oculos continuo habetis, minime cer-
natis, aut cernere non videamini? certe ita vos geritis, quasi nihil
horum, aut sensu percipiatis, aut intelligentia noveritis;

30.

¶ Caietanus Ante quorum oculos Iesus xp̄us prescriptus est in
vobis crucifixus; declarat alienam ab omni ratione esse
huiusmodi fascinationem, ex eo quod Galatis Ante eorum oca-
los prius scriptus est Iesus xp̄us, cum essent integri xp̄i a mi-
in ipsis Galatis crucifixus, per eam scilicet, quæ pro xp̄o passi-
sunt. Metaphora exagoratur, Nam si ludificari in ijs, quæ solum
visui apparent, tolerabile sit, tamen ludificari in ijs, quæ videri
mus non solum scripta, sed scribi, intolerabile est, Nam ipsa
mora, et de articulatione characterum plus certificat visum quæ,
quod videt scriptum, cum dicitur ergo, quibus Ante oculos
mentis prius Spiritus Sancti Calamo scriptus est, atque adeo
per singula certificatus, ut certius percipere, ac percipere cla-
rius nemo potuerit, nec tantum per singula certificatus.
Sed etiam crucifixus in vobis, quoniam multa passus sit in vobis,
cum vos patiebamini pro xp̄o. Nam qui dixit Petro vado Ro-
mam iterum crucifigi, significans se crucifigendum in Petro.
Similiter dicitur crucifixus in Galatis, cum hi cruciati sunt
pro xp̄o. q. d. quos vos fascinavit post visum, et tactum.
crucifixum in vobis; Sa propositus est imitandus, et cum
quo veluti crucifixi estis mortificando vos ipsos, De hoc sen-
su scripti xp̄i ^{vide} Vigas Apo. A. cum trahat opinionem
eorum, qui xp̄um educebant esse signatum librum in dexte-
ra Dei.

Prescriptus
i. dicitur in
corde scriptus
per fidem,
quam mor-
tis oculis
nuncupat
dicitur.

Christus in me
in dextera
mea scriptus
per fidem
et crucifixus
in dextera
mea
hominis.

31.

¶ Itaq; Vigas cum Chrysostomo dicit xp̄um in cruce librum esse
scriptum illustrissimum amoris documentis, apertum et ex-
plicatum propositum ante oculos fidelium, in quo Peccati-
tudinem, propter quam abolendam necesse fuit xp̄um

Vigas
Chrysostomus
Christus in
cruce in
dextera
mea

Xp̄um

Christum pati, gratia splendorem, virtutum pulchritudinem seu bonitatem, sapientiam, potentiam, et incredibilem in homines amorem facile possent perlegere, sed amplius quid explicavit Carretanus qui Galatas facit oculos totius descriptionis, immo et ipsos in scripto christo legi.

2. h. m. d.

¶ Ante vobis, etiam varie explicatur Gr. ἐν ὑμῖν. Eras. Ante vobis, alij in presentia vestra siue ante oculos vestros, ut sit pleonasmus, id est redundans sermo, ideo Syriaca versio non expressit hanc particulam, sed substituit coram oculis vestris, pro eo quod in aduc tum est ab alijs, quibus ob oculos, siue quorum ante oculos et in vobis. Sed sunt qui explicent in vobis, id est in mentibus, vel animabus vestris, in baptis matis mysterio, vel in intellectibus vestris, in sensu, in opinione vestra, immo in fide vestra per predicationem, et credulitatem, vel etiam in corporibus vestris per imitationem per passionum christi, in multis codicibus abest in vobis, sunt qui Hebraismum recognoscant, sicut in illo Psal. 18 Quorum non audiantur voces eorum, satis erat dixisse quorum absque eorum, si similiter hoc loco satis fuisset dicere Ante quorum oculos et non adicere in vobis. sed si priora verba adiungantur participio prescriptus, posteriora, crucifixus nihil superfluum videtur. Thoria, que hies christi ad mortem applicantur.

32

Explicatio
antonomasia
Vapil tan
latius.

¶ Ante quorum oculos, hoc quod fide crediderant, Jesus christum pro ipsis crucifixum, sed hec particula varie exponitur. οἷς κατ' ὄψθαλ μῶν. Arias, quibus ob oculos. Eras. pro oculis, Syr. coram oculis vestris (et non ponit in vobis neque quibus) q. d. Quorum in presentia Jesus christus prescriptus est, id est representatus est, vel a principio mee predicationis, vel etiam nunc, seu continuo representatur crucifixus in vobis, id est inter vos, in ecclesia et ecclesia vestra dum christi mysteria recoluntur more christiano. Hoc ergo iudicium est, et argumentum fascinatos vos esse, cum, quæ tam certo credidistis, vel adhuc credere profiteremini, ipsa opera, et ratio evitandi ad mosaicos ritus accommodata arguant, aliter esse, aut non credere vos iam, quæ credidistis prius, secundum hunc modum explicandi oculos taxat Galatarum, qui, quæ ante se habent, non videant, vel non ita percipiant, ut opus est, ac

33.



ac res efflagitant, quod fascinatis creditur evenire. Hec interpretatio non solum Galatas, sed complures arguit Christianorum qui fitenur se nosse Deum, factis autem negant, qui celebrant Christi passionem, crucem humeris gestant habitu Nazarenorum, verberibus se dilacerant, tunica induiti penitentium pulla siue cinerea, et tamen clam hinc inde se velint haberi Christianos, operibus tamen flagitiosis, moribus inquinatioribus, et tota pene ratione vivendi referunt barbaros in aethiopianos, turcos et Arabes.

Theoria Moralis
Secundum Augustinum
Tit. 1. 18

34.

Hos si roges, quis vos fascinavit? respondebunt fortasse, concupiscentia nostra, Hec enim mire fascinat, nam licet facere nequeat, quin ratio videat, tamen iudicium eius pervertere poterit, Isai, 5. Ubi dicitis, malum bonum ^{etiam} ponentes amarum in dulce etiam videt profecto ratio, servire Deo bonum esse atque dulce, sed a deo eam excantat concupiscentia, ut pervertat iudicium, et dicat aliter faciendum, His per ironiam loquitur Isai 47. Ita cum incantatoribus ^{cur} i. motibus et cupiditibus depravatis, fascinatio quidam a fascia derivatur, que ante oculos ligata, prohibet rem videri, prout est, ita fascinatio pervertit iudicium, ut aliter res ei appareat, quam sit, Hugo Cardinalis, vide supra, fascinatio nugacitatis 24. 11. 13.

Concupiscentia
sunt fascina
inim.

Isa. 9. 10.

Isa. 47. 12.

J. in Diept.
n. 42.

Hugo

35.

Ante quo rum oculos, i. quibus videntibus Iesus Christus prescriptus est, i. Christi Iesu hereditas, et possessio aufertur occupatione iniusta, et iniqua prescriptione, que possessio vos estis sanguine precioso illius acquisita, Ideo addit, in vobis crucifixus, i. tunc vos in possessionem accepit, cum in vobis crucifixus est, quando vero hoc factum, certe cum baptismum suscipientes, mysterium crucis in vobis, i. in animis vestris renovastis. Rom. 6. supra. Et hoc similitur argumentum fascinatum, qui non defendit Christi possessionem ab iniquis occupatoribus, cum videntibus vobis irruerent in alienam possessionem, que tamen vestre commissa custodienda erat. Similiter et hic sensus quadrat in negligentes, et ignavos quosdam Christianos, qui quasi non sentiant, vel nihil ad eos pertineat, se ad quoniam occupatione seculari in minimis defendunt, quasi ubi perdetes prebium sanguinis Christi, quo sunt redempti. Christus pro

Theoria
altera de
Christi occupato
C. 1. 1. 1. 1.

§
pro

pro sua possessione metonymia est, sicut illa apud Verg. Qnei-
iam proximus ardet. Vocalogon. i. Vocalogontis Domus et possessio

ante quorum oculos xp̄s (silegas cum multis Proscriptus
est et in vobis crucifixus, hoc est ante oculos vestros, tamen sine

nullo sensu doloris vestri. Jesus xp̄s damnatus est et crucifixus
inter vos per falsam ministrorum Demonis predicationem, ut
olim revera a Pilato, Plebe, et litoribus, q. d. Ierosolymis semel
xp̄s sententia iudicis iniqui, et publica voce preconiis actus est, qua
si impius, in patibulum crucis, inter vos vero, i. in galatia iterum,
sive in opinione vestra, Hec etiam expositio ad eos accomodari
potest, qui ita viliter, ita ignominiose xp̄m, et eius mysteria
crucis tractant, ut iterum videantur xp̄m in crucem agere,
et cum Satronibus connumerare et reputare, sicut anxie Isaias. 53.

Et cum iniquis reputatus est, O sacri Dei ministri, O sacerdotes
et Ecclesiarum presbyteri, O vigilas animarum episcopi, caute
diligenter vobis et gregibus Domini vestre cure commendatis
attendite, ne forte fascinatio nugacitatis, seu malitie, (ut alius
legitur) ita vobis vestrisve ovibus, aut simplicioribus, ^{noceat} agnis,
ut fascinati, lesimenter de recta sentiendi ratione mutati, de
serant xp̄m, eiusq. obtemperare reluctentur preceptis, vide
te queso, quomodo tractetis opus Domini, quam mundis acce
ratis manibus ad tam divina mysteria: ^{mortem, cuius culpa minor forte q. vna fuit.} munitur subitam ore

Nam si galatę, quod ad legem deficiant, ducti sunt xp̄m
in scriptis prescribere, damnare, et cruci affigere, quid par
erit, ut de vobis dicatur, cum flagitijs operi ad passionem xp̄i,
caus q. mortem in sacro sancto mille sacrificio recolendam
acceditis; peiores vos multo esse Pontificibus, Phariseis, et
Scribis, deteriores Pilato, atq. Herode, seu ois etiam litoribus,
crudeliores militibus, iniquiores Plebe Iudeorum, illi enim
serenocentem condemnarunt, si illuserunt, si verberaverunt
si contempserunt, si ad crucem postulaverunt, si substulere
runt in patibulum, et denique opprobrijs oneratum ad mor
tem usq. ignominiosissimam crucis persequuti sunt, Dominum
glorie illum esse non cognoverunt, nam, si cognovissent,
minime crucifixissent; at vos et cognovistis, et crucifi



Ambrosius. Adhuc, inquit, cum stomacho loquitur. dolet enim valde super errore eorum; quia fabricam suam, qua eos per Evangelium edificarat, videbat esse destructam. sic ex Ambrosio

Augustus. Hinc iam incipit, ait, Aug. demonstrare quemadmodum gratia fidei sufficiat ad iustificandum sine operibus legis

quod, inquit, Chrysost. non ex communibus, et que alibi accidunt, sed ex propriis, que apud ipsos facta sunt, monstrare intendit. Nec minus opere cum his, qui non prebent multam attentionem, sed vno omnia argumento demonstrans, extrema Ingratitudo ac dementia coarguendos.

Chetarius. vult probare eorum amentiam, primum ab experientia, deinde ab ordine, tandem a detrimento. V. 4.

Caiet. Tres particulas. V. 1. explicari dicit sequentibus versibus. Nam. 2. explicatur xpm ante scriptum per spiritum sancti Galatis ante ipsorum oculos, per evidentia signa. V. 3. illos esse stultos et fascinatos. 4. in ipsis xpm crucifixum cum pro eo patiebatur. Ex i. igitur. huius. c. 3. qui respondet V. 6. Cap. 1. Dei gratiam commendat.

§

Lomb.

respondet ^{cap. 1. gram} commendat.

Lomb. iam ostendit legem observandam non esse, ^{quia} non ex ea sed ex fide veniant omnia necessaria ^{sancti spiritus}, iustitia, benedictio. Dico autem ego.

Argumento validissimo, quod ab experientia certissima sumptum est, convincit Galatas stultitię, quam superiori obiecerat versu; simul etiam precipuum confirmat propositum totius epistolę, legis imperfectionem, defectum, insufficientiam quę ostendens, ac fidei efficaciam comprobans.

Hoc vero argumentum ad s. vs que versum perveniet. sed mira sapientia Apostoli non tam docendo, quam arguendo increpando quę progreditur; et crebra in interrogatione roget instatque; qui mos proprius obivagationis. Nec tam victoriam querentis, quam de victis, non tam insultantis, quam triumphantis videtur esse. ^{Schoha.} Hoc solum a vobis volo discere. Et cupio

discere Syriaca. Hoc tantum velim a vobis scire. resti omnis. Hoc solum non enim multis opus est ad rem certam manifestamque comprobendam; a vobis, quos licet fascinatos appello, non tamen omnino sensum perdidisse credi derim; immo et meis sermonibus recuperasse spero; ut que volo discere, sincere confiteamini. vel sic multa quidem sunt argumenta, quibus potuissem, a vobis vel repugnantibus extorquere veritatem, ad vestram stultitiam cognoscendam, vos. Ut quere; sed super sedeo reliquis, cum unum sufficiat. Hoc unum vos queso ut ingenue fateamini.

Hieronimus. quia insensati estis, non multa vobis proponam, sed unum dum taxat, quod in promptu est. et insipientes etiam negare non possunt. immo et stulti queunt docere. Lomb. et si aliud non esset hoc solum satis probaret, quod intendo.

Velim hoc solum primo et precipue discere in modum discipuli et loqui ironice.

Bruno. licet iam satis probaverim fidem valere, legem irritam esse; et licet vos insensati sitis; tamen vos ipsos faciam confiteri, et probare quod ex fide sit iustitia, non ex lege.

2.

† ubi connectio magis constabit.

3.

4.



Hiero. Spiritum sanctum, quem accepistis, utrum vobis legis opera, sabbati observatio, circumcisio, et Neomeniarum superstitio dederint, an auditu fidei, per quam ex gentibus credidistis!

5. ¶ Erasmus. non rogat simpliciter utrum sit ex duobus, sed prius proponit, velut absurdum dictum, deinde per connectionem infert, quod verum est. qd ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei: hoc probat, illud reuicit

Ambrosius. quod interrogat, ex parte confirmat, ex parte negat, & reuicit. Ex operibus legis.

Spiritum gratie et adoptionis accepistis, hoc tam certum est, quam certum est vos factos esse christianos: Nemo vestrum id inficiatur, nec inficiari potest. Nunc igitur rogo an per legem, et ritus mosaiicos, quos minime cognitos habebatis, per opera legalia, que nulla antea prestasse potuistis, an vero per fidem, et euangelium, quod a me audistis, et accepistis, per christi notitiam, et predicationem fidei illius, istud donum Spiritus Sancti, ita me eius apertam presentiam, ipsumque Spiritum Sanctum, visibili specie, ac forma accepistis!

6. ¶ Brevis ratio et natio, quam epichosena Rhetores dicunt, expressa per interrogationis vehementiam, multum valet ad Galatas convincendos, que re explicari potest, illud saluti confert, unde vera Dei signa existunt. Hec in vos non a lege, sed a fide manarunt, ut experti estis; ergo fidei vna ad salutem exigitur, lex minime.

Ex auditu fidei. Helle natus, auditus pro predicatione isaias 57. Qui credit auditu nostro. Sanctus reddidit, ex audita fide. Erasmus vero ex predicatione fidei.

Augt. Sic si in illis operibus legis esset salus vestra, non vobis spiritus sanctus, nisi circumcisio daretur. At datus est ex auditu fidei solum. ergo stulti estis qui circumcisionem capitis. Lomb. idem, et glosa ordinaria. Prima si ex fide spiritum sanctum accepistis, quod amplius confesret lex.

Dubitari

Theoria 2.

Dubitari potest quid hic intelligendum per spiritum.
 Ambrosius, Spiritum Sanctum intelligit, quo gloriabantur Gala
 ti; tantum abest ut negarent, quem in xpūm credentes accepe
 rant, non ex opere legis. Ad rudimenta enim fidei commendan
 da, Donum Dei hoc manifestabatur hominibus, ut inter ipsa
 initia factum est in Apostolis, et ceteris discipulis; nec non et
 in illis duo decim, quos quia, sub adulterino baptismo, sub
 nomine baptisimi Joannis fuerant non tincti, sed ser di dati;
 Paulus Apostolus in Trinitatis nomine baptisari precepit: qui
 bus impositis manibus descendit in eos Spiritus Sanctus, et dixer
 sarum linguarum ministrabat eloquia, cum interpretatio
 ne earum, ut nullus auderet negare (illo tempore) Spiritum Sanc
 tum in esse eis.

7.

Aug^m eadem est sententia. Ab Apostolo, inquit, predicata est
 eis fides, in qua predicatione utique adventum, et presentiam
 Sancti spiritus senserant; sicut illo tempore in novitate invi
 tationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis, presentia
 Sancti spiritus apparerat, sicut in Actibus Apostolorum
 legitur. Hoc autem factum erat apud Galatas, antequam
 falsi ministri ad eos peruenirent, et eis cum ceteris venissent.

8.

Hieronymus, item, Attendite, inquit, quod hic Spiritus abs que
 ullo ad ditamento Sanctus intelligatur, quem ex dono con
 sequimur, et non hominis; de quo alibi scribitur. In corrup
 tus spiritus est in omnibus. et ipse Spiritus testimonium reddit
 spiritui nostro. Et in alio loco, Nemo scit ea que sunt hominis,
 nisi Spiritus hominis, qui est in eo. et in Daniele Benedicite
 Spiritus et anime iustorum Domino.

9.

Chrysostomus, accepistis Spiritum Sanctum, et di dixistis mul
 ta miracula, et per fecistis prodigia, mortuos excitando, Lepro
 sas mundando, prophetando, linguis loquendo.

10.

Chrysostomum sequuntur ceteri Greci, et Cumenius Theophyl.
 Spiritus, Theod. 5^m, et cetera, sub nomine autem Spiritus, ut vides, sig
 na etiam Spiritus intelliguntur, ut v. s. max explicatus habet.

Ita etiam Thom^o et Bruno
 Primas Lomb. Gloss. Ord. Spiritum Sanctum intelligunt

11.



Mariana, Spiritum regenerationis. Serip. Spiritum adoptionis. ^{Mariana}
 Anis, Spiritum Sanctum, quo spiritu promissionis Sancto sig ^{Seripianus}
 nati sumus. Ephe. 1. 13. Cui et Acceperant Spiritum Sanctum Ga ^{Ephe. 1. 13. Causam}
 late in dono linouarum, Seaprophetie et miraculorum. Da
 batur enim Spiritus Sanctus Sensibiles faciens effectus
 per impositionem manus Apostolorum. Ansel. Spiritus ^{Anselm}
 sancti charismata. Syran. Baptisatis dabatur in primitiua ecclesia ^{Syran}
 per impositionem manuum sub sensibili signo spiritus ^{Act. 8. 17.}
 sactus, ut patet Act. 8. 17. et alijs capitibus. Sic datus fuerat ^{Act. 8. 17.}
 etiam Galatis infide xpi baptisatis, non tamen sic daba ^{Act. 8. 17.}
 tur obseruantibus legalia; Dabatur illis temporibus Ecclē
 sic primis visibiliter Spiritus Sanctus ad rudimenta fidei
 commendanda. Quid vero aliud est accipere Spiritum Sanctum
 nisi eius signa, virtutes, et dona in hominibus apparere.
 Sed adverte ex Hieronymo has gratias gratis dadas, reser
 dum in malis reperiri, imo et hereticos eis iactare se solitos ^{Matth. 7. 23}
 quibus tamen dicitur Mat. 7. Non noui vos. Etia ^{Matth. 7. 23}
 Legion. Spiritum intellexit, Dona, et gratias que experti in ^{Legionens}
 se p. s. fuerant. Nam ex quo fidem xpi professi sunt, varia
 signa et miracula edita sunt ab eis, que argumento erant
 per fidem accepisse eos Spiritum Sanctum quem quidem
 nec prius habuissent, nec deinceps profitentes legem ha
 buerunt postquam a fide pura, et sincera recesserunt. J. 1. 11.
 Hoc solum a Vobis volo discere, ut ex vestra respon
 sione appareat vestra deceptio, stoliditas, et fascinatio.
 ex operibus legis, quam ignorabatis; exo ex fidei profes
 sione, quam secutus est manifestus effectus, quem nullo
 modo necare non potestis, imo ex eo gloriam vobis paratis
 eximiam; quid iocatur vobis cum lege ^{Schol. 1.}
 ex operibus legis, dicit non simpliciter ex operibus, quoniam
 et Cornelius ex operibus Spiritum accepit, sed non ex le
 gis operibus; ut scias non omnia opera excludi a iustifi
 catione, Nam ad primam iustificationem nulla opera con
 currunt, nisi per modum dispositionum, ad augmen
 tum iustitie non excluduntur, sed de hoc iam alias

12

13.



iam alias

693
289

iam alias dixi et infra dicitur. **Ex operibus**, inquit Bruno, im-
portabilia indicans, **ex auditu** facilitatem significans. Deprimat
legem, cuius opera importabilia, commendat fidem, que facillime
ex solo auditu habetur. **Bata** agnoscit metalepsin in voce, au-
ditu fidei pro predicatione fidei. **Auditus** etiam Symbolum est
obedientia, igitur **ex auditu**, i. **ex obedientia**. **axon** ^{græcè} famam
et narrationem, **et auditum**, et obedientiam significat. Erasmus
reddidit **ex predicatione fidei**. **Sapag** **ex audita fide**, simile apud
Isaiam, 53. 1. **quis credidit auditui nostro**, i. narrationi seu predi-
cationi. **Et fides ex auditu**, **auditus autem per verbum Dei**

+ Alij Hellenismum.

Rom 10. 17. At surdi quomodo audient eum per signa intelligent?
an de auditu interiori est sermo Apostolicus. vide hic Hieronymus.
Catha^{no} A mentiam probat, quia illud pro necessario putant,
et querunt ad salutem, sine quo eam tam habent, et obtinent.
Salus, et vita a spiritu habetur, qui vivificat hunc, ut signa-
lius ostenderunt, non a lege, sed a fide habent, Stulti ergo
qui a lege querant.

Textus

V3. Sic stulti estis, ut cum spiritu ceperitis nunc
carne consumimini. **Ari.** Sic insensati estis incepti
spiritu.

Erasmus. A deo stulti estis, cum spiritu ceperitis, nunc car-
ne consumimini.

Syr. ita ne stulti estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc carne
absoluatis.

Scholia

Altera interrogatio urgentius premens. hæc verò illatio
est Superioris rationis. Satis enim apparet eos Stultos esse,
qui ex optimis, que consecuti fuerant, ad deteriora sua
sponte ⁱⁿano et cum labore descenderent. ab spiritu nimi-
um ad carnem deficerent. fidei enim professio atq̃ obedi-
entia spiritu vivebat, spiritualis erat, altissima, et super-
celestis; at lex carnalibus ceremonijs constans, carnalis
erat, terrena, ac temporalis, igitur qui spiritu ceperant,
hoc est, ab spiritualibus, qualia sunt miracula, et virtu-
tes, initium xp̃iane professionis atq̃ vite beate fundamenta.

iece



reuerant. post modum carne, et carnalibus legis ceremonijs, qua
 lis est circumcisio consumari atq; perfici volebant. *Qui*
 peruersus est ordo, atque nature contrarius (Vide Augustini) *Taximus*
 quod, quid aliud est, quam regem verum deserere, ut laboris *Religiosi*
 fias mancipium rebellantis! Post signa et mirabilia ad *clericum*
 circumcisionem, et Carnales obseruationes! Post apre *ab m. h. i.*
 hensam veritatem ad typos et umbras, hoc vero quid est,
 nisi post conspectum solem, lucernam querere, post solidum
 cibum, ad lac recurrere imo, quasi xpi desertores, traditos in ad
 verse partis seruitutem, in quos sumas aduersarius, et g. acuis
 simis pressos oneribus obruat, a se ipsum det. merito ergo illos
 colligeri appellatos stultos, qui ut est in pro uerbio, Ab equis ad
 asinos, retro acti, a summa dignitate filiorum Dei, a charita
 tis ingenita libertate, ad miseram legatum seruitutem pro
 perarent.

2. Hos imitantur qui cumq; iter veritatis agrosi post modum *Peccator*
 in uicia precipites acti sunt. lune similes, quæ cum orbem imple *similiter*
 aut, mox decrescit, cum tamen Solis instar esse debuissent, cuius *Euel. 27. 12*
 lux continuis augetur cursa Eccl. 27. 12. Homo sanctus in sa
 pientia manet sicut Sol; Nam stultus sicut luna maceratur. Qui
 uero principia habuerunt gloria, et exitus sinitros, atq; in for
 tunatos, similes sunt Statu illi, quam in somnis uidet. *Daniel. 2. 31*
Chadonosor, Rex, cuius caput cum aurum esset, tamen pedum ex
 trema inlutum desinebant, cabeca de oro, ypies de ludo. in eum
 cadit, qui virtutem complexus, et spiritualia professus. Labitur ad
 terrena, et voluptates carnis, siue ambitionem seculi, aut cupi
 ditatum lenocinia stultus sequitur. Sal infatuatum dicemus;
 siue lucem nubibus obscuratam. eius modi sunt, qui ab ins
 tituto religiosæ uitæ defecerunt, qui clericatū inuentu, et pres
 byterij honore gaudentes, obliuisci status, et dignitatis. vitam
 luxuriosè agunt. Qui confessionis Sacramentum sincere exer
 cere affectu ceperunt, mox uero amore uicti sensuali, et quasi
 philtro immutati in precipitia carnis demersi corruerunt.

Hoc ait, Hugo Card. indiscretis accidere, concupiunt ardore
 in initio plus equo feruentes, et supra vires sese exercentes,

tandem

tandem pariunt stipulam, ^{ad} in vilia le terrena se convertunt, quibus dicitur. luc. 14. hic homo cepit edificare, et non potuit consummare. totas vires hic fatuus consumpsit in initio sue constructionis.

Bern. non habet callidus hostis efficacius machinam ad tollendam de corde dilectionem, quam, ut efficere possit, ut initio incaute ~~et~~ cum discreatione ambuletur. talibus ad carnalem vitam reuersis impropere apostolus. Heb. 10. Rememoramini

ni pristinos dies in quibus illuminati estis. quidam nec spiritu incipiunt, nec spiritu consummatur.

omnibus dici & quare liceat. Sic stulti est qui cum spiritu cepit, nunc carne consummari, comencasset per spiritu yacabastes ex carne.

contra id quod vel ipsa docet verum natura, que prius embriorem, & carnem, deinde carnem a niam, & spiritum creat, infundit q.

1. Cor. 14. 46. Non prius quod spiritale est, sed quod animale; deinde quod spiritale.

Querit Hierony. quomodo stulti sunt galatę qui spiritum sanctum acceperunt. Quoniam cum carne consummarentur, Spiritus Sanctus ab eis fuit sublatu.

Unde sine causa passi sunt. quod ne sibi post peccatum eveniret, David precabatur. Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me. sed Aug. ait, galatas nondum cecidisse licet inclinarent, ut caderent.

Nam adhuc Spiritus Sanctus in eis operabatur. ut s. v. dicitur. recte etiam Chrysost. fatetur eos post tam multa & recte facta a gratia cecidisse.

Non dubium quin multi ceciderint, alij minime. Quare intellexerim Aug. de tota Ecclesia galatarum, que saluabat sane sed non cecidit.

Hiero. et Chrysost. de parte, & de multis qui ceciderant! Aug. de gra et libero arbitrio cap. 13. Et refertur in Conc. Araus. can. 2. sicut li. qui volentes in lege iustificari, a gra ex ceciderunt, dicit apostolus, si ex lege iustitia, ergo gratis xpus mortuus est etc.

ubi etiam Aug. fatetur cecidisse galatas, et idem sentire cum Hieronymo et Chrysostomo. The ^{de} ^{crisost} V. S. N. 4.

Circa V. 3. variz interpretum expositiones. Hiero. si negari non potest spiritum sanctum, et virtutes, que in principio fidei, acceptum spiritum, sequebantur, non ex operibus legis, sed ex fide. datus manifestum est.

Vos.



Vos à melioribus exorsos in peiora corruiere.]
idem in Paxuis, cum nec Iudei aliter spiritum accipiant, quam
per fidem xpi, vos è contrario putatis vobis spiritum non suffi-
cere sine lege.

6

Amb. sic sine intellectu estis. Incipientes spiritu nunc car-
ne consumamini. Ex greco optime ad verbum. Coniungit
cum superiori versu illud. sic sine intellectu estis. deinde
reliquum huius versus tertij explicat separatim, sic cum
ab inferioribus ad summa fidei ascensus sit, hic contra de
summis delapsi sunt. Per fidem enim spiritales effe-
ti conversi ad legem perdi derunt gram spiritus, quam fue-
rant consecuti. consumatio enim perditionem significat
idem finem. Sa consumamini, i. delinatis. quod non pla-
cet Justiniano.

7 in ima

7.

Aug. Hoc est quod superius in exordio dixerat, Nisi ali-
qui sunt conturbantes vos, et volentes convertere Evan-
gelium xpi. Conturbatio enim ordini contraria est.
ordo autem est à carnalibus ad spiritualia surgere, non
à spiritualibus ad carnalia cadere, sicut istis acciderat,
et hec est evangelij conversio retrorsus, quod cum bonum
non est, non est evangelium; cum hoc annuntiatur.]

8.

Ansel. sic colligit, quasi responderint, Ex spu fidei. Prius ex fide per-
cepistis charismata, et nunc ex lege queritis iustitiam; ergo
tam stulti estis, cum spirituale inceptum habueritis, nunc
carnali conversatione consumimini, i. in nihilum rediga-
mini, dum bona spiritualia vestra per legis custodiam ad-
nullatis. Hiero. et Ambro. videntur eodem modo intelligere.
consumare, pro perdere, consumere, finire, seu annihili-
tare, sed non id significat grecum καταστροφή. attingit for-
tasse sensum, sed non vim exprimunt greci verbi qui hoc
modi explicat. ut etiam interpretatur Justinianus.

9.

De cum. ex Theod. Spiritum dixit gram, carnem vero conver-
sationem secundum legem. Notat etiam nondictum consuma-
tis, seu perficitis, sed consumamini, seu perficimini; quippe
qui more peccatum circa se pati videntur. Primas

Primas.

Primas. Adverte quod qui scripturam iuxta literam sequitur con-
sument carne dicitur. Huod cardi spiritu, i. spiritu ali inte-
lligenti fidei, et dilectio nis, carne, i. carnali intelligenti, u sine
operibus legis non sit salus.

Syrans spiritum, i. doctrinam legis moysi, que spiritualis est, can-
onem, legalis observationes, que dicuntur iustitia carne, Heb. 9. 10
quod tollebant quasdam inmunditias ex inmundorum tactu
provenientes, ut morticini, menstruasque luta. Ex quibus homo fic-
bat inhabilis ad ingressum templi.

Lomb. spiritu, i. ab spiritu Sancto operis, sive initium habue-
ritis ab spiritu Sancto, ita S. Thomas.

Gagn. cum fides vra a spiritualibus donis et gratijs operis,
nunc carnalibus ceremonijs hocque caroali consument et per-
fici vos potest putetis, et ex theo appellari dicit spiritum spi-
ritualem gram, carne vero ritum ex prescripta legis viuen-
di.

Ad damus spiritum, presidia spiritualia, scilicet fidem, obe-
dienciam interpretatur, carne vero presidia carnalia
uti circumcisionem luta.

Nunc emphasim habet, i. post multas labores, vel progressus:

cum scilicet iam Magistri deberetis esse propter tempus, Heb. 5.

Scip. U his ne usque adeo stupidus, ac fatuus, ut cum virginitate et
ac salutis su erit, primum initium et fundamentum spiritus
adoptionis, quem fide concepistis, per fieri nunc petetis et absol-
uere ex carne, hoc est (ut alio loco loquitur) ex spiritu per virtu-

tis et timore legis, cuius vinculis hominos carni dediti, ac spi-
ritu dei omnino vacui comprimi, et constricere solent, ut ex
imperfecta, et inchoata legis iustitia, ad perfectam, et omni-
bus partibus absolutam fidei iustitiam perducatur.

Anas M. ita ne amentes U his, ut cum spiritu et in cepistis
eclesie vrae fundamenta iacere, nunc velitis eam consu-
mare ceremonijs, et observationibus legalibus, que ad car-
nis exercitationem exteriam, atque ad quandam obser-
vantiam, et significationem potius, quam ad interiam
animi perfectionem et mutationem pertinent.

Consum memini, legit vulgarata correcta per Cl. Em. U ita

10.

41

11.

12.

13.



ita legendum, cum precesserit, ut, quæ tamen particula cum in greco non sit, multi sine illa transferunt, consumamini επιτελεισθε
 q. d. post consummationem dissidentes ab institutis, et pertinere in
 tiationi novos ritus, et ceremonias addentes. Iustinius notat, Erasmi
 ex Chrysost. Addit Cornel. quasi querentes quintam in curru retam
 a. acti adentes, siue potius evertentes spirituales edificationem.
 Mihi placet imprimis quod vidit satis prudenter Iustinianus
 nosse, ironice locutum a postolum, ut qui irrideat eorum que
 sitam preposere per sectionem. cui sensui favet Ambrosij
 textus, qui illam particulam. V. g. Sic stulti estis, vel vix se
habet sine in intellectu estis. non cum sequentibus, sed tam pre
 cedentibus, non dixit et exponit.
 14. Itaq; Per contra tur a postolum, V. 2. ex operibus legis, spi. accari
ex auditu fidei. Dum autem vobis contempletur, nec respon
dere velle, quod ipse volebat, instat magis. Sic stulti estis, ut
adhuc in lege hereatis. Quæ dicit vero incepti spiritu, nunc carne
consumamini, seu perficimini. Sic enim greca ad verbum,
 et sumptum est exemplum ab sculptoribus, qui ex ligno
 vel alia materia simulachra sculptunt sanctorum, vel
 11 dicere alludit ad homines protoplastem, qui eum carne in
choavit, post flatum infundens spiritum perfecit. Hi vero
contra spiritu inchoati, carne nunc post spiritum consumantur.
 His carsonant que sequuntur sm's sensum V. 4. επιτελεισθε
V. 4. Tanta passi estis sine causa. Sitamen sine causa.

15. Erasmi tam multa passi estis frustra? sitamen le frustra?
Arias tanta passio estis frustra? si modo le frustra.
 Syr. le hec omnia sustinistis frustra? At vixit le frustra.
 16. Secunda est illatio ex supposita ratione, V. 2. collecta, que
iterum stultitie convincit galatas, qui maximum laborem
sine ulla utilitate sponte subierint. Nam si legatibus
insistant, frustra fuerint passi pro fide, frustra etiam
patiantur omnia legis, si quidem neutrum sit illis profu
turum. sed adhibet correctionem, ne in desperationem de
veniant, nisi forte respiciant, sine que ad hereant.

multum iuuatur ea syniaca versione. Utinam inquit sine causa
nam causa fiat fraudulenta machinatio demonis et suadentia
uultum. Ergo iustam et rationabilem causam, negat. Aposto-
lus, iniustam veteratoriam concedit. Ex quo manifeste
detegitur eorum subtilitas. Unde etiam dicitur. Ergo non
sitamen ad huc apostolus perstat in ratione, quia utrum dixi-
mus. Ua neccedenti, sic apte exponit. Tanta probabitis ad
uestram consuetudinem, sine causa, in iustis enim causa
malis tam quibus, quibus nullam unquam ad perfectionem ua-
luit adducere. Sitamen sine causa, sine utilitate, et non in-
potatis cum iactura rerum temporalium, quae pseudis apos-
tolis largiti estis, et detrimento spiritualium, et quae non
solum non estis, consequenti per legem, sed potius amittitis
syra, sic exponit hanc posteriorem partem, At proinde
et Bemigio et catharino sumus. In iustis
Particularibus, affirmantiam partem Bemio. Ad id ubi
tantus, sed confirmantiam dicit. Primarius. Ad id ubi per
tam fieri sententiam. Inordinamus. Ad id ubi sua ex-
positione. Expositio honesta Hieronymo zelata exponitur.

6.

Quinque modis exponit Hieronymus. Uuac. 4. Verum.
tanta passis estis sine causa, sitamen et sine causa.
modus et s. pertinent ad ea que passi sunt. De lege fudai
tantas exoneribus legis, quae de te sine causa, et amere ac
sine ulla utilitate ac fructu passi sunt. Ipsi forte accipis-
bentes de errore suo, et omnia leges, sincere ad heretice expo-
le fidem eius. Paucant, ita enim vel cadentes fuerit. ex
errore preterito, vel aliquo, cum uenia, et uoluntatis con-
sequentior. Ex felo dei, quod dicebantur ad legem, licet
non norantes, imprudentes q. Uterque modus doctus culus
est, in correctione interpretanda, ut Sanctus Doctor
faretur de ultimo. Verba Hieronymi in i. exponit. Sunt.
Consideremus infelices fudcos, qui superbia et ob-
seruationis labore uultu inter ceteras nationes, di-
centes, ne tetigeris, ne gustaueris, ne attrectaueris, et
probabimus. Verum esse quod dicitur. tanta passis estis sine.

7.

§

tor pro fide a vobis exantlati labores, et frustra suscepti, sed non
 certe inanes, quia fides iustificat, ^{necessaria} Lex minime ^{est} ~~est~~ iustitia iustitiam
 sed hic author. Et procedens, correctionem potius cum Chrysost.
 Explicans, in quod sequuntur secundam Expositionem, Hiero-
 nymus. ^{non ex Ham} ^{quia sic habet} ~~Quod dicitur~~ Si circumcisionem, inquit putatis
 sequendam esse post gratiam: ergo usque ad presens tempus sine
 circumcisione viventes, omnia que passi estis, in irritum sunt de-
 ducta. que quidem mihi videntur non frustra sustinuisse, qui
 scio eadem post Evangelicam non valere. ~~debetis ad~~ ~~reverti~~
~~in~~ ~~quod~~ ~~capitulum~~ ~~non~~ ~~est~~ ~~infra~~ ~~referantur~~

Hanc Expositionem. Incurritur videtur exponi quartam
 Hieronymi favere, nam quod quid velit explicare Justinia-
 nus, non id dicit Augustinus quod innuit Hieronymus, in
 quinta exponit. Cassos fuisse labores perpellos pro lege. aperte
 enim loquitur de laboribus pro xpo perpellos, hoc est ex cha-
 ritate, et non ex timore. Sic enim habet, sine causa ergo tanta
 passi estis, qui ex charitate, que in vobis tanta sustinuit, ad
 timorem relabi vultis, deinde subdit, ~~est~~ ~~enim~~ ~~sine~~ ~~causa~~
 passi estis, adiungit. quod enim sine causa factum est dicitur
 superfluum, nec prodest, nec nocet. Hoc vero videndum
 est, ne ad perniciem valeat. Quomodo ad perniciem
 Non enim, inquit, hoc est non surgere quod cadere, quam
 vis isti nondum ceciissent, sed iam inclinarentur ut ca-
 derent. itaque ad perniciem valere poterat, quod titubarent,
 in fide, ac prope essent, ut caderent, hoc igitur addebatur no-
 tum tantum habetis, qui non solum sine causa sustinuerant
 multa pro fide xpi, sed incurrauerant periculum deserendi
 xpi. Et itaque Augustini ~~cautio~~ ~~cautio~~, si ad ledalia ad-
 heretis, quasi necessaria putetis ad salutem, quod quid antea
 pro xpo pertulistis sine fructu erit, et insuper ex susceptio-
 ne legis in agrum vobis pernicies eveniet quam nondum
 evenisse iudicatis, sed prope tamen esse ut eveniat. Acuta
 sane explicatio est ad rem propositam satis accommodata.
 non est certe quarta expositio Hieronymi, sed illi non
 parum assimilatur.

Nicolaus.

11.

Nicolaus de Lyra omnino creditur secutus quodam exponem
 Hieronymi sine causa, inquit, sine utilitate proveniente
 imo cum detrimento. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 per deceptionem. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 irant meritum, ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 Leue erat ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 tum pristinum fieri. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 detrimetum ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 perita sine causa ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 Hec expositio videtur placuisse Patribus Marianis qui
 secundum Syriacam translationem ita explicat, ^{Mariani}
 nam tantum sine causa ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 mala. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 meminit nisi eorum qui secundum legem ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 rant habebat. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 Dionysius Carthus. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 ter decepti, et fascino a falsis apostolis sine causa.
 Si tamen sine causa, et non propter peccata vestra
 vel nisi forte ob melius aliquid bonum Deus permittit.

12.

Theoria 3. ^{hoc loco, qui etiam}
 Ex hoc loco colligit Chrysostomus quem multi, ac graues ^{Chry}
 secuntur interpretes, opera per peccatum mortificata
 seu mortua per penitentiam ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 coram deo erigunt. ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 sunt, qui tollunt penitentiam, ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 rant, si non fecerant, confessores fuerant, innume
 rabilia pericula, varias persecutiones Christi causa
 per passi fuerant, ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 oada exciderant, et tamen dicitur, si volueritis
 potestis vos ipsos reuocare. Hanc doctrinam secuntur
 Amb, Hieronymus, Thomas Lamb, Syran, ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 Theodo. Adam, ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 Justini, ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}
 Hieronymus in secunda ex parte sic ait, melius
 autem sic intelligi potest, quod primam credentes ^{Emphasi} ^{Sis.} ⁴ ^{Hieronymi} ⁱⁿ ^{supra}

13.



galate

~~Quia dicitur in scripturis, et ad omnibus approbata multa~~
~~per peccata sunt, et per se quae non in malis actibus~~
 Quae frustra arguuntur fuisse perpeffi. Si a gratia xpi recedant,
 propter quam tanta perpeffi sunt. Simul et illa spes, quod qui
 cunque ob xpi fidem laborauerit, et postea lapsus fuerit in
 peccatum, sicut priora sine causa dicitur passus fuisse dare pe
 ccat. Sic rursus non perdat ea, si ad pristinam fidem, et antiqu
 um studium reuertatur.



~~Quae frustra arguuntur fuisse perpeffi. Si a gratia xpi recedant,
 propter quam tanta perpeffi sunt. Simul et illa spes, quod qui
 cunque ob xpi fidem laborauerit, et postea lapsus fuerit in
 peccatum, sicut priora sine causa dicitur passus fuisse dare pe
 ccat. Sic rursus non perdat ea, si ad pristinam fidem, et antiqu
 um studium reuertatur.~~



Vs. Qui ergo tribuit vobis spiritum
 et operatur virtutes in vobis ex
 operibus legis an ex auditu fidei?

~~Ans. ^{Alia translatione.}
 Quis tribuit vobis spiritum, et operatur virtutes in vobis ex operibus legis, an ex auditu fidei?~~

Cras. Qui igitur subministrat vobis spiritum, et operatur
 virtutes ^{vobis} in vobis ex operibus legis, an ex predicatione fi-
 dei?
 Syr

Scholia.

1. Repetit eandem sententiam, quam supra V. 2. posuerat. Et
 quia maximam vim habeat, et quia sit mollior transitus ad
 ea, quae secuntur. Repetit vero non nihil immutatam, magis
 que explicatam, et auctam, ut fere novum faciat argumen-
 tum. Nam prius ab ijs, qui acceperant, nunc ab eo, qui
 largitur spiritum, argumentum desumpsit. Praeterea
 etiam spiritus signa, et miracula adiungit, quibus pre-
 sentia spiritus sancti confirmata fuerat. Mihi verisi-
 mile sit hanc sententiam esse, quasi certissimum propo-
 situm, seu thema, quod probandum est ab Apostolo: ex
accepta fide divinitus, non ex servata lege Mosaiica, iusti-
tiam, et gratiam, atque adeo dona gratiae hominibus a deo
donari. Quam propositionem primum ex manifesta ex-
 perientia probavit, V. 2. mox ex duplici incommodo, seu ab-
 surdo, quod ex contraria credulitate, et ex legis professione,
 sequebatur, ita eam confirmavit, ut tamen irridendos
 ostenderet, qui illa absurda, vel non cernerent, vel non
 vitarent, ideo per amarulentam ironiam, seu sarcas-
 mon eos acriter obiurgatos in odium legis vocavit,
 ac impulit, et haec V. 3. et 4. peracta sunt. Quare hoc V. 5.

etiam

eandem propositionem resumes, cum eadem experientia proba
 tione magis aperte confirmatam, et simul divina auctoritate,
 corroboratam, non est ipsius nec Beati Pauli testimonio po
 tius insinuato, quam in manifesto expresso, exornatam, gra
 dum facit, et occasionem accipit, ut eam, vel potioribus argu
 mentis, vel scripturae Sacrae exemplis oraculis q. et typis, luce
 clariora efficiat.

Quia ergo illa in uaparticula creata, vel recreata, quod prius
 fuerat intactum, vel id dicitur per modum conclusionis
 ex dictis collecta. Quid in presenti certius sit, ipse iudicato.

Qui tribuit et operatur, Sanctus Iho. s. Bruno glo. Lomb.
 horum Verborum suppositum existimant. Iste Apostolum
 Paulum, cuius ministerio per manus impositionem, sece
 per sacramentum, vel Baptismi, vel confirmatio quae, tri
 butus sit Galatis spiritus Sanctus, gratia, et reliqua dona,
 habitus q. supernaturales, patrata q. miracula, sed certe
 omnium fere consensu suppositum est Deo, qui origo est
 et author dandi spiritus Sancti, gratiae, et charismatum
 omnium, siquidem et miraculorum praemior, et princi
 palis operator. Quare non videtur in re, hic Verbo quae
 tus differre a v. 2. nisi quod hic ab eo, qui dat spiritum, sibi
 ab ijs qui accipiunt, ducta sententia, siue experientia est,
 quae magis conveniret illud ad similitudinem v. 6.
 sequentis. Vbi dicitur, datam a Deo ex fidei certitudine, hoc
 est spiritum gratiae seu spiritum Sanctum. Quodis autem
 modo eadem sit res arguunt, nec enim qui acceperunt
 spiritum Sanctum, acceperunt propter opera Legis, quae
 nec fecerant, nec pene noverant, nec qui dedit, intuitu
 eorum operum dedit, siquidem, nec in iudaismo per ma
 nentibus dat, nec illis ~~relinquuntibus~~ relinquentibus
 negat, ut manifestum est, et tamen qui fidei christi
 colunt, ij accipiunt, ijs datur, ut passim apparet. Si
 militer et apud eos vera miracula Deus dat, qui fidei
 curas praebuerunt. Non tamen inficitur ijs dem ver
 bis minus periculum Beati Apostoli Pauli insinuari.

2.

3.



Uthatharinus. indicauit. Ex qua rursi nouatione illud calli-
gitur, quod D. Iohannes dicit, nempe licet Galatas receuissent
fateri, quod ex gentilitia conueniebant, ipsos non ex legis
operibus, sed ex auditu fidei accepisse spiritum, tamen
oculato teste D. Paulo redargui, quoniam in se fuerat
Sacramentorum, per quae illi receperant spiritum
Sanctum, et miraculorum, quibus praedicata apud ipsos
fides confirmata est, quae scribat se accepisse ^{illot etiam} spiritum
Sanctum ex fide, et non ex lege. ~~Uthatharinus Galatas. Opera~~

Catharinus
Thom.

4.

¶ Tribuit ^{id est} subministrat, suggerit, in dicit. opera
sua ^{vel per} ^{intimam} operatur ~~per~~ suam acci-
pinam vim, potentiam, energiam, seu efficacitatem.
1. Cor. 12. 6. Et diuisiones operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur omnibus.

1. Cor. 12. 6.

Haec uerba praesentis temporis esse constat, et ita in
praeconi notat B. Hieronymus, qui inde colligit nullum esse
momentum, quo non subministrat nobis Deus spiritum
Sanctum, et gratiae dona, quod satis constat ex
illo Concilio Tridentini, sicut uitem in palmitibus, ita christum
in iustis, sicut in uitis suam uirtutem influere. Sed
alij uolunt in allage esse, ut praesens, praeteritum
futurum fuerit, et certe praeterita illa Graeca quae per grae-
sum reddita sunt, communia sunt, etiam praesentis
perfecto. unde possit uideri, ut etiam Caietanus anno
1540. Qui tribuebat, et operabatur. Nihilominus xlii.

55. dicitur
hinc.

Concilium
Trident.

Enallage
temporis.

Caietan.

Augustinus

Galatas
causae
supra.

5.

Virtutes Dionysii Carthus. opera ex uirtute orta, et
haec supra naturam sunt admiranda; sed haec proprie
nora proprie si quis si canitur uoce Graeca
et potentia, opera, potentia diuina effecta, ut mira-
cula et prodigia, quae sine fide non fiunt, atque adeo
sunt indigna fidelium, et blasphemia delos fidelium.

Dionysius

In figura
delos.

diuisa

diuisa y armas con que est an señalados para la creencia de creto.
 Queritur eor si dei attribuantur miracula vi patet Math^{17.19}
 si habuerit fidei sicut orauit si naps. Et Heb. ix. fidei Enoch
 transiatis. Cap. de credentibus in materubham sicut per aridam
terram.

Alit S^{tho}. quoniam fides facit ut credamus que sunt supra
 naturam. Et propterea datur ei ut operetur miracula que
 sunt supra naturam. Ita que cum fidei predicatoris debe
 ant ostendere ^{se} quod a Deo; quod ratio humana non atin
 git, cum eius vires excedat, ut ea faciant, que su
 pra naturam vires sunt. Ut que dicunt, vana esse confir
 ment. Deo autem signa habentia a Deo per que eis credatur,
 alterum, quo ostendunt Xpium esse dominum omnis
 creature, ut cum ^{per eos} ~~per eos~~ fuerint res mirabiles, ^{et} supra na
 turam; alterum, quo declaratur Xpium esse iustificatorem
 et saluatorem omnium, nimirum cum ad ministeria sunt Sa
 cramentorum; Vtrumq; constat ex illo Heb. 2. Contestante ante

Deo signis, et prodigijs, et varijs virtutibus (Ecce ^{lum}) et spi
ritus Sancti distributionibus, secundum suam volunta
tem. Ecce. 2^m vide aliam rationem apud Hug. Lardi hic expo
nentem Glosam. Ex Bern. Tria facit Deus miracula
1^{um} est Deus homo, 2^{um} mater virgo, 3^{um} homo fidelis, in na
tura, in proprietate, in 3^o eodem sibi, et vicem repugnat
et ad ver salatur.

Queritur iterum cuius sit dare Spiritum Sanctum. Alit
 idem S^{tho} Doctor, si Spiritus Sanctus pro ipso spiritu in ha
 bitante sumitur, tantum dari secundum auctoritatem
 a Patre et filio, sicut et ab utroque procedit; si pro donis
 Spiritus Sancti casualiter dari ab ipsa persona Spiri
 tus Sancti; si vero pro Sacramento ministerialiter dari
 ab eius ministro; Sed quidat primum, etiam dat eodem
 modo reliqua, quidat secundum, si minister daret tertium;
 non tamen fit contra. Sicut dicitur in allegenda Glosa,
 cum dicitur a Paulo datum Spiritum Sanctum, scili
 cet, quo ad ministerium Sacramenti, seu impositionis

Math. 17. 19.

Fidelis in v.

Heb. 2.

Hug.

Bernardus

Thom.

St. Hieron.

St. Augustinus

Glossa.

Handwritten initials and flourishes at the bottom of the page, including a large 'A' and 'B'.

nationis affectum, quæ sunt à Galatis Apostolica, Veram enim tribu-
 tas fuisse spiritus gratia, quæ iustificati fuerant, ex operi-
 bus legis, an ex auditu fidei, rem certam petitis, nec dubitatis
 erant, quid respondere non studeat, enim ex act, ut hoc respon-
 sum subijcerent, utique ex auditu fidei. Sed quæ si hoc audi-
 stis pro ore, ut hanc confirmat, vel ex em pib, vel
 Typa scripturae Sacra, q. d. ex fide, quam auditu eam prædica-
 tionem habuistis, ex fide, qua Evangelium credidistis. Xpi
 Domini, factum est ut daretur vobis gratia, hæc iustitia,
 qua ex carnalibus et spiritualibus enascitur, ex impijs iusti, ex
 peccatis christiani redduntur. Quod ita fieri necessarium
 fuit. Sicut scriptum est, et ut ostendit Typus, et figura Abra-
 ham, qui per fidem, sua ex fide iustificatus, omnium qui
 iustificantur. Ex præbit formam, quomodo enim ipsi Jus-
 ticia fuit tributa. Ex eo quod credidit Deo: ita præmonstra-
 vit sibi exemplum futurum, ut tribueretur omnibus ho-
 minibus credentibus Deo. facta hæc gratia. supra ill. 3. 1. 15
 Potest etiam sic explanatio procedere. Sic enim vobis data
 est gratia Spiritus Sancti, quæ dicitur, estis, non ex operibus
legis, sed ex auditu fidei, et quæ percepta, ut quædam
Abrahamo præstanti sibi modo viro, et ut constat, Iudæe
nationis celeberrimo Patriarchæ, non ex operibus legis,
quæ illius tempore lata non fuerat, imò nec ex con-
tinua fidei, quæ nesciam præcepta ei erat, sed ex fide, quam
Deo habuit de xpo venturo in mundum. Exemplum
 hoc magnam habet auctoritatem, ac vim maximam
 propter tanti viri gloriam, non modo apud Hebræos,
 qui Patrem suum venerant, et venerabam non totius sue
 gentis, verum apud universas nationes, ad quas eius
 nominis celebritas pervenerat, supra ill. 3. 1. 15
 Hæc autem hæc vos huius exempli non aliquid novi vo-
 bis dicimus, si quidem id prædicamus, quod factum ab his
 constat exemplo Abrahami, vel quod ex fide dei gra-
 tiam Deus, non est in vobis singulari, ita enim dedit
 Abrahamo. ita quod in typo præcessit in illo, et in vobis

Veritas
in
fide

Abrahami
sui
fama
et auctoritate

Utrum
in
exemplis
sui
providentia

Utrum
fidei
in
Abrahamo

2.

3.



V. 7.

impletum est, atque in omnibus, qui se pro adherent, eiusque fidem sincere profiterentur. Ut iam iam dicam, si indula verba huius sententiae expendamus, operi precium est, ac non nulla dubia quae circa illam occurrunt, et diffidilem habent intellectum, diligentius explicare properemus.

4.

Credidit Deo etia Paraphrasis Cald. Sic Gen. 15. Et credidit in verbo domini, et reputavit hoc illi in iustitiam. Gen. 15. 6. Chaldaic. Paraphras. Caldeorum.

Calet. iude. Hebraeum sic loquitur credere de Iehova. Et est. Sensus, inquit, quod Abraham fecit seipsum credere in summo Deo, ut significet voluntarie eum credidisse Deo, Tale enim credere est donum Dei, non autem credere ex sola evidentiâ testimoniorum, Sic enim Demones quoque credunt, et contemiscunt. Non

dicit autem Moses credidisse Abraham Deo, sed in Deo, hoc enim plus est. Nam credere Deo est fidem habere verbis eius, et veracibus. credere autem in Deo, addit fiduciam in Deo. Itaque non solum credidit Abraham, vera fore Dei promissa sibi data, sed etiam in iuxta est Deo, et seto tum proiecit animum, certissime sperans ad implendum eum, quaequamque promiserat. L. credere Deo tam Deo quomodo adiferant.

5.

Hanc distinctionem non posse elici ex proprietate Hebraei idiomatis, cum Riberi nostro contendit nosse. Perer, Gen. 15. 6. Nam pro eodem Hebraei usurpant credere alicui, et credere in aliquo, et in aliquem, et in nomine, seu nomen alicuius. Exempla sunt multa. Exod. 14. crediderunt domino et Moysi seruo eius. Heb. in Domino et in Moysi, et c. 19. ut audiat ane populus loquentem ad te, et credat tibi in perpetuum. Heb. credat in te. Ps. 145. Non crediderunt verbo eius. Heb. in verbum. Isaias 55. Quis credidit auditui nostro. Heb. in auditum. Hebraeos videntur imitari Hisp. apud quos idem est. note credo, yno credo enti, Nihilominus Schoластиi Theologi Augustini auctoritatem secuti hanc loquendi differentiam observari volunt, ut melius declarent actum fidei, quando enim est informis, dicunt credere Deo, cum est charitate formatus, Credere in Deum. Riberi Pererum Gen. 15. 6. Exo. 14. 7. Ps. 145. 3. Isa. 55. 1. Augustini Schoластиi Logorum.

6.

illu



ille enim mere speculativus est, carens effectu, et motu volunta-
 tis per charitatem in Deum. Hic autem coniunctus est cum vo-
 luntatis per dilectionem motu, et tendentia in Deum; ideo que
 est actus fidei vividus, perfectus, et meritum habens eterne
 vite. Notat vero Perer, apud Joannem, non servatam hanc
 differentiam. Joannis. 11. Multi ex principibus crediderunt
in Jesum; sed propter Phariseos non confitebantur. Et. c. s. Qui
verbum meum audit, et credit ei, qui meminit. Ecce Dativus
 fidei formatus, et accusativus informis. i. epi. s. idem Joannes
 in eadem significatione ponit credere, in filium Dei, et filio Dei.
 Ad iustitiam non est hec una ex quatuor cardinalibus vir-
 tutibus, sed probitatem, integritatem, virtutem denique
 omnibus numeris absolutam significat. Quam legalem
 iustitiam dicunt: quippe que legem aquet, omnes virtutes,
 (Arist. teste) contineat, a qua boni nuncupamur, ut ait Cicero.
 Philo. in li. Quis rerum divinarum sit heres? Nihil enim
 iam iustum, quam sincera fide credere Deo. Dixerat credi-
 dit Abraham lta. idem li. de Abraham. ait, quia crediderat,
 iustum ob eam rem habitum esse. S. Hilarius, li. 10. de Trinit.
 fide iocetur nihil iustius est. Nam cum aequitas, et modera-
 tio in humanis actibus sit probabilis, nihil tamen iustius
 homini est, quam omnipotentiam Dei indefinite potestatis
 intelligentia credidisse.

Credidit Deo. i. Per fidem mentem subdidit Deo, qui primus
 videtur esse iustitie actus, ac potissimus. quippe cum homo
 debeat Deo, debeat etiam sibi, atque proximo; sed propter
 Deum; hinc fit, ut si iustitie ordinem tenere vult, Deo pri-
 mum suum debitum rependat, imo si sibi, aut alteri debi-
 tum solueret, et ibi sisteret, nec propter Deum faceret,
 in iustitie reatu teneretur, quia in homine finem statui-
 set, ex his vero que Deo debet, potissimum est, et caput
 ipsa hominis mens, Nam exteriora ad interiora, infe-
 riora ad superiora ordinantur, et corpus ad animam,
 in qua primas tenent intellectus et voluntas, que
 mentis nomine comprehendi solent, licet plerumque

Solus intellectus comprehendatur. Igitur cum homo Deo subdit
mentem per fidem secundum illud. 2. Corinth. 10. In captiva-
tate mentis credentes omnem intellectum in obsequium xpi.
perfecte iustus est; cum summum, quod in ipso est, et men-
tem, Dei obsequio subreerit, sponte que ac voluntarie red-
didit. Dum iocetur Abrahamus credit Deo, iustitię actum pres-
tantissimum exercet, atque adeo iustus fit.

9.

¶ Reputatum est ei ad iustitiam, hoc est, ille credendi actus
iustitię datus est, sicut et uisus a iusticia; obsequio enim inuenta,
De iusticia ypo-papa delatanda que ad ius deuia. ipsum
credidisse iustitię tributum illi est. S. Tho. sic exponit. Ut
asserere uelit scriptor sacer Abrahamum actu hoc fidei
se ad iustitiam sufficiens preparasse, ut hac dispo-
sitione aptus omnino redderetur, qui non solum exterius
ab hominibus iustus existimaretur, sed interiori effice-
retur a Deo, donata gratia, et renullo peccato; in quo stat
ratio iustitię, quam Deus tribuit ijs qui fidem habent per
charitatem operantem.

10

¶ Cardinalis Toletus Rom. 4. Reputari, inquit, significat tale
haberi quod tale non est, ut Num. 18. Reputabitur uobis
in oblationem primitiarum, et habebitur eoloco ac si fu-
isset oblatio primitiarum, q. d. pro ea oblatione habebi-
tur, que non erat. item Ps. 105. dicitur Phinees sacerdos ille
reputatum ad iustitiam, quod occidisset, quod priuata aucto-
ritate minime licebat, et habitam illam occisionem pro ius-
ta, que iusta non erat. Unde et fides Abrahami, si actus
ille credendi esse consideretur, quatenus scilicet actus
hominis erat, iustitię non erat, sed habitus est pro ido-
neo, et sufficiens ad acquirendam iustitiam, quam
tamen si Deus gratis conferebat, uerum tamen non
sine ea conditione seu preparatione credendi, sicut
aspectus in serpentem a Moyse sublatum in deserto,
quam uis ex se non erat potens efficiendę sanitatis,
uerum tamen Deo ita acceptante reputatus est, et
habitus pro idoneo ad efficiendam sanitatem.



Diles